

IN EPISTOLAM AD ROMANOS
ANDREAE KNOPKEN COSTERINENSIS
INTERPRETATIO

VĒSTULES ROMIEŠIEM
KOMENTĀRS

Andreass Knopkens

No latīņu valodas tulkojis
Dainis Zeps

© Dainis Zeps, tulkojums latviešu valodā, 2016.

Rīga, 2016.

IN EPISTOLAM AD ROMANOS ANDREAE KNOPKEN COSTERINENSIS INTERPRETATIO

VĒSTULES ROMIEŠIEM KOMENTĀRS

1524

Andreass Knopkens

No latīņu valodas tulkojis

Dainis Zeps¹

Ad Lectorem Ioannes Bugenhagius Pomeranus

Hosce Commentarios in epistolam Pauli ad Romanos Ioannes Bruns civis Rigensis et ego obtulimus rectori Academiae Vuittenbergen. Philippo Melanchthoni, rogantes ut si ipsi videretur, liceret nobis eosdem in publicum aedere. Respondit ille nobis primum, in iis locis quos obiter in his vidit commentariis sibi nihil videri quod a vera theologia esset alienum. Ubi vero audivit, mihi ab ipso autore per literas ad me datas demandatum esse provinciam, ut haec mea cura aederentur, datamque auctoritatem mihi auferendi, adiiciendi et immutandi, si alicubi necessarium fore iudicarem, haud gravatim aedendi nobis permisit potestatem. Proinde unum hoc te non lateat optime lector, nempe si quandoque hic aliquid tributum videris illorum sententiis, qui ad integrum Pauli non potuerunt assequi sententiam, non esse sine iudicio tributum. Expediebat auctori, ut dum publice hanc epistolam apud Livonios Rigae interpretaretur, ubi nondum aliquod simile tentatum fuerat, numero etiam, quod dicitur pugnaret. Habuit quidem frequentes auditores, sed ex iis tamen aliquos infirmiores, apud quos minus valuisset, nisi aliquando etiam aliorum sententiam indicasset. Aequae tamen ac vos non ignorat maledictum esse quicquid homines utcunque sancti sentiunt divinis verbis et literis diversum. Neque hic unquam citatum invenies quod literis sacris non probatur. Omnia vero spirituali oculo committimus examinanda, necesse est enim probare spiritus num ex deo sint. At tu, quisquis es, per deum

Lasītājam no Pomerānijas Johanna Bugenhāgena

Šos Paula vēstulei romiešiem komentārus Rīgas pilsonis Jānis Bruns un es nogādājām Vitenbergas akadēmijas rektoram Filipam Melanhtonam, lūdzot ļaut mums tos publiskot, ja viņam tie šķistu labi. Vispirms viņš mums atbildēja, ka, ieskatoties dažās vietās tajos, nav neko redzējis, kas būtu svešs īstai teoloģijai. Un, kad dzirdēja man no paša autora rakstiski uzticētu pienākumu, lai tie ar mana paša gādību tiktu izdoti, dodot man pilnvaru liekā izmešanā, teksta pievienošanā un izmainīšanā, ja kaut kur atradīšu to nepieciešamu, mūs mudināja bez kavēšanās izdot. Tad nu, lai šo vienu tu neatstāj bez ievēribas, labais lasītāj, ja kādreiz tev tiks apgalvots, ka kaut kas no šā Paula veselajai domai neseko, tas lai netiek apgalvots bez pamatojuma. Autors panāca, ka viņš ar vēl kādiem šo vēstuli publiski Rīgas livoniešiem varēja izskaidrot, kad vēl iepriekš nekas līdzīgs nebija mēģināts, un par stāstīto diskutēt. Jo klausītāji bija daudz, bet no tiem tomēr kādi vāji, pie kuriem tik vien ko spēja kā vien atklāt pagādījušos atšķirīgu vidokli. Līdzīgi arī jums nākas dzirdēt zaimojumus, ka, cik vien svētie kaut ko domā par dievišķiem vārdiem un rakstiem, tas viss ir atšķirīgs. Apstrīdot, te neatradīsi neko minētu, kas nebūtu ar svētajiem rakstiem apstiprināts. Patiesi visu nododam pārbaudāmu garīgai acij, jo ir nepieciešams pārbaudīt, vai gars ir no Dieva. Un tu, lai cik būtu no Dieva izglītotais, ar to pūliņiem, kas grib, lai evaņģēlijs sekmējas, viss daudzums, ko izdodam, no kā tu, stiprāks

¹ Tulkotāja adrese dainize@mii.lu.lv

eruditus, studium illorum, qui rei Evangelicae bene volunt, boni consule, quae enim tu robustior minora ducis, fortasse proderunt in Christo nondum grandaevis, et istorum quae emittimus magna pars hinc ad Livonios avehetur, qui ista cupierunt, et iam pridem multi ex illis suis haec manibus descripserunt. Vale. Ex Vuittenberga M. D. XXIII. in die carnisprivii, utinam potius per Christi spiritum carnis adfectibus quam carnum esu privaremur.

De laudibus divi Pauli praelectio

Moris est apud artium humanarum, hoc est, humano ingenio inventarum professores, ut eos quorum scripta enarranda susceperint, primum laudibus vehant, quo auditores, et auscultando sint promptiores, et doctrinam auditam sensibus profundioribus abstant. Id, quod in divo Apostolo opus non est, quippe quem toties divino, et mendacii nescio ore commendatum legimus, ut Actor.9. Organum, inquit, dominus, electum mihi iste est, ut portet nomen meum coram gentibus, et regibus, et filiis Israël, Felix Tharsensis cui tali contigit ore laudari. Et ibidem c. 13. Ex omni omnium discipulorum numero solus ad Evangelium ebuccinandum seligitur, quippe qui non esset cauponaturus verbum domini, sed syncere, et quasi in dei conspectu praedicaturus. Sic enim habet scriptura: quod ministrantibus illis domino, dixit spiritus sanctus, segregate mihi Barnabam, et Saulum in opus, ad quod assumpsi eos. Hinc se complusculis in locis ex utero matris suae, a deo segregatum dicit in Evangelium filii eius. Et Act.14. Dux verbi divini dicitur. Et Act.22. prae caeteris gentium Apostolus ordinatur. Ita enim habet scriptura: Festina, inquit ei oranti in templo dominus, velociter exire Hierosolymis, quoniam non recipient verbum tuum de me, vade ergo quoniam ego procul ad gentes mittam te. His et huiusmodi testimoniis divinis fretus, confidenter se audet gentium Apostolum non uno in loco, profiteri, ut Ro.11. Et 1.Timo.2. Et divus Pet. posterioris suae c.ult. hunc in modum Apostolum attollit. Quemadmodum, inquit, dilectus frater noster Paulus, iuxta datam sibi sapientiam scripsit vobis etiam in omnibus ferme epistolis suis, etc. Ad haec si quid valent

būdams, mazāk gūsi, bet vairāk noderēs Kristū vēl nenobriedušajiem, pēc kā viņi tā kārojuši, lielākā daļa šeit pie livoniešiem ticis jau agrāk atvests, ko daudzi no viņiem rokrakstos pārrakstījuši.

Sūtot sveicienus no Vitenbergas 1519. gadā, dienā pirms pelnu dienas, lai labāk miesas dziņām atsakām Kristus garā nekā gavējot.

Priekšvārds dievišķā Paula slavināšanai

Ir paradums pasaulīgajās mākās, proti, pasaulīgo izgudrojumu sludinātājiem, ka tos, kuru rakstus skaidrojam būtu uzņēmušies, viņi vispirms slavinātu, lai no tā klausītāji gan uz klausīšanos būtu gatavāki, bet apslēptu dzirdēto mācību dziļākām domām. Tas pie dievišķā Apustuļa nekad nenotiek, kuru ar pilnīgi dievišķu un melot nemākošu muti pilnvarotu lasām: Apust.d. 9. Rīks, saka Kungs, ir man izredzēts, lai nestu manu vārdu tautām un ķēniņiem, un Israēla dēliem,² Laimīgais tarsietis, kuru ar tādu vārdu daudzinaš. Un tāpat 13.nod. No visu visu mācekļu skaita tikai viens evaņģelija daudzinašanai tiek izvēlēts, proti, kas nebūtu Kunga vārda tikai tukšs daudzinaš, bet godīgi un tā kā Dieva priekšā sludinošs. Jo tā saka raksti: Svētais Gars saka kalpotājiem Kungam, nošķiriet man Barnabu un Saulu darbam, kuram viņus aicinu.³ Tā pietiekami daudzās vietās teic viņu izredzētu no Dieva sava dēla Evaņģelijam jau no mātes miesām. Un Apust.d. 14, par svētā vārda vadoni tiek saukts,⁴ un Apust.d. 22. tiek norīkots par Apustuli citām tautām. Jo tā saka Raksti: Steidzies, lai viņu dzirdētu sludinām Kunga templī, steigā izej no Jeruzalemes, jo viņi nesaņems tavu vārdu no manis, tādēļ ej, jo tālu pie pagāniem sūtu tevi. Šādām un līdzīgām dievišķām liecībām pašāvisg uzticīgi kā pagānu Apustulis uzdrošinās sludināt ne vienā vien vietā, kā liecināts Ro.11, un 1.Tim.2. Arī svētais Pēteris vēlāk šādā veidā Apustuli slavē: Tā kā mūsu mīļotais brālis Pauls pēc dotās viņam gudrības raksta arī mums gandrīz visās savās vēstulēs, etc. Pie šī, cik der cilvēku slavinājumi, sv. Hieronims (Apologia ad Pammachium⁵) saka: Cikkārt Paulu dzirdu runājam, šķiet man

² Apust.d. 9:15 Bet Tas Kungs viņam sacīja: "Ej, jo viņš Man ir izredzēts ierocis nest Manu Vārdu tautu, ķēniņu un Israēla bērnu priekšā.

³ Apust.d. 13:2 Kad tie kalpoja Tam Kungam un gavēja, Svētais Gars sacīja: "Nošķiriet Man Barnabu un Saulu darbam, kādam Es viņus esmu aicinājis!"

⁴ Apust.d. 14:12 Un tie sauca Barnabu par Zevu un Pāvilu par Hermeju, tāpēc ka viņš bija runātājs (Vulg. Quia ipse erat dux verbi).

⁵ Sancti Hieronymi ad Pammachium in duodecim prophetas

hominum commendationes D. Hiero. in Apolo. ad Pam. Quoties, inquit, Paulum lego, videor mihi non verba audire, sed tonitrua, et post pauca: Videntur in ea quaedam verba simplicia, et quasi innocentis hominis, ac rusticani et qui nec facere nec declinare novit insidias, sed quocunque respexeris, fulmina sunt, haeret in causa, capit omne quod tetigerit, tergum vertit, ut superet, fugam simulat, ut occidat. Philippus Melanchton in adhort. ad Paulinam philosophiam ait: Redemptionis nostrae gratiam, adeoque Christum ipsum ignoraremus si Paulum orbi terrarum deus invidisset. Neque enim Christum novisse est historiam rerum gestarum ab eo tenere, sed agnoscere ingentia beneficia, quae per ipsum, in orbem terrarum deus Opt. Max. effudit spiritum scilicet, et absolutae probitatis authorem, et arrabonem gratiae, quem ant hac nesciebat mortalitas. Frustra divinis legibus animum devoveris, nisi Christum esse Paulo magistro scias eum, a quo spiritus petendus sit, amans eorum, quae lege iubentur, deinde, et qui, si quid praeter legem imbecillitate humana deliqueris, ignoscat. Et iterum. Satis amplum fructum feceris, si eum vel a limine salutaveris. Nam quod ad confirmandas et solidandas conscientias attinet, nemo Paulo praeferendus est. Item Periclis orationem aiunt, solitam in auditorum animis, tenaces quosdam aculeos relinquere, huius dici non potest, ut flectat, ut vertat, ut rapiat, inflammet legentis animum. Dolet conscientia, consolatur, sollicitat cupiditas genialis, vocat in viam, retinet ne frena relaxes egrescenti animo, illum ipsum ostentat Christum qui servet, denique quicquid morborum animum fatigat, ab hoc pete praesentaneum remedium. Item Erasmus Roterodamus in epistola ad Erhardum episcopum Leodicensem. Corarius pontifex peripsema mundi, sed electum Christi organum, cuius humili sublimitate et facunda infantia, atque eloquenti balbutie, suum nomen voluit, per superstitosam Iudaeam, per eruditissimam Graeciam, per regnorum omnium reginam Romam, illustrari. In quem vere competit, quod olim in Periclem, ni fallor, dictum est, fulgurat, tonat, ac miscet, non Graeciam modo, quemadmodum ille, verumetiam universum terrarum orbem. Sed quid opus est hominum commendationibus, quem scrutator cordium deus commendavit. Quem autem ille commendaverit, is demum probatus, ut ipse ait Apostolus. Proinde haec super apostoli commendatione satis sint.

ne vārdus dzirdam, bet pērkonu dārdam, un nedaudz tālāk: Viņa vārdi šķiet pārlieku vienkārši un kā nevainībā teikti un zemnieciski, kas spēj nedz ko panākt, nedz slazdus novērst, bet, tik paskaties, tie ir zibens, it kā aizķeras runā, bet satver visu, kur pieskartos, pagriež muguru kā zaudētājs, bet ir bēgšanu iztēlojis, lai uzbruktu un uzvarētu. Filips Melanhtons paulīniskās filozofijas pagodināšanai saka: Mūsu pestīšanas žēlastību un pašu Kristu mēs nepazītu, ja visas pasaules Dievs būtu noniecinājis Paulu. Jo patiesi ne tikai viņam jāpateicas pasaules vēsturei par Kristus iepazīšanu, bet arī jāatzīst milzīgais labums, kādu garu caur viņu izlēja visas pasaules Dievs, Optimus Maximus, proti, tīrā godīguma avotu, un žēlastības ķīlu, kādu pirms tam mirstīgais cilvēks nepazina. Velti prātu nomocīsi ar dievišķām lietām, ja neuzzināsi par Paulu, kuram skolotājs bija Kristus, no kā gars jāizlūdzas, kas mīl visu to, kas pēc likuma pavēlēts, un beidzot, ja ko, likumu neievērojot, cilvēcīgas vājības dēļ pazaudēsi, tiks piedots. Un vēl. Pietiekami bagātu augli nesīsi, ja viņu jau no lieveņa sveicināsi. Jo, kas attiecas uz apziņas stiprināšanu un veidošanu, neviens Paulam nav liekams priekšā. (Par Perikla runas māku runā, ka protot atstāt klausītāju prātos ieķērušos āķus, lai liektu, lai grozītu, lai satvertu, lai iekvēlinātu lasītāja prātu, kas šķiet neticami.) Sāp sirdsapziņa, saņem mierinājumu, laulāto mīlas attiecības ir satrauktas, aicina uz kopību, iegrožo, lai neatslābinātu grožus slimīgajam prātam. Kā pašu Kristu rāda, kas sargā, un, beidzot, kas vien nomoka slimo prātus, par to lūdz tūlītēju dziedinājumu. Arī Roterodamas Erasmus vēstulē Lježas bīskapam Erhardam: Ādas pāvests⁶, pasaules atkritums, bet Kristus izredzēts instruments, kurš ar savu pazemīgo augstdzimtību un daiļrunīgo šļūpstēšanu un bērnišķīgo plāpīgumu grib savu vārdu kā gaismu liet pār mānītīgo Jūdeju, pār pārizglītoto Grieķiju, pār visu valstu valdnieci Romu. Uz kuru attiecas par Periklu kādreiz sacītais, ja nemaldos, zibeņo, pērkonus dārdina, un sajauc, bet ne tikai Grieķiju, kā tas pirmais, bet visu pasauli. Bet kāda vajadzība pēc cilvēku slavinājumiem tādām, kuru pats siržu pārbaudītājs Dievs ir norīkojis. Un, kuru viņš pilnvaro, tas ir jau pārbaudīts, kā saka pats Apustulis. Tas nu par Apustuļa pilnvaru būtu pietiekami.

Argumentum epistolae

Ko vēstule pierāda

⁶ *Coriium* āda, *corarius* ar ādu kas ko dara, acīmredzot, alūzija uz Paula telšu taisītāja amatu.

Argumentum uberius contexit Erasmus, pressius autem est huiusmodi, Nempe quod et Iudaeos, et gentes, qui sub fidem Christi in Christianismum coierant docet esse divinae legis praevaricatores. Nec Iudaeis profuisse legem scriptam, nec gentibus legem mentibus humanis divinitus insculptam, quam naturae vocant, sed utrosque esse coram deo reos, id quod facit multis scripturarum testimoniis. Deinde utrisque proponit per fidem iustificatorem Christum qui est finis, id est, perfectio legis ad iustitiam omni credenti, qui et peccata donat et spiritum iustificatorem impartit, qui affectus nostros immutat, ut efficiamur nova creatura, et simus non tantum operibus iusti, in oculis hominum, quod lex extorquet, sed etiam intus mente et affectibus, quos deus scrutatur, quod solus spiritus Christi facit, qui, in quos insilierit, transformat in novos homines, quemadmodum ait Samuël Sauli. Proinde quamvis per solam in Christo fidem iusti simus in oculis dei, nec opera conferant iustitiam, ex quibus non iustificabitur ulla caro coram deo, tamen quia adhuc carne gravati sumus impura, et vindicatur iustificatio, donec mortale hoc induerit immortalitatem, Docet postremo ut eam honestis studiis menti subiiciamus. Et ne putemus gratiae dei praedicationem a bonis operibus cessationem, et ita libertatem nostram, qua Christus nos liberavit, mutemus in occasionem carni, ut eam faciamus nobis velamen malitiae, moralem locum varie tractat. Sub finem monet tolerandos infirmos, ac superstitiosulos, donec et ipsi adolescant in Christo in virum perfectum. Scripta est Epistola ex Corintho urbe Achaiae, per Phoeben foeminam Cenchreensem Romam missa ab Apostolo. Tuetur autem et attollit in hac epistola potissimum, quemadmodum et illa ad Galatas, contra operarios pharisaicos, fidei, id est, consequendae salutis fiduciam in Christum, gloriam, ostendens illam solam iustificare. Opera autem iustificatorum, hoc est, bonae arboris esse fructus, citra fidem autem peccata esse, quantumvis speciosa et magnifica sint in oculis hominum. Quia quicquid non est ex fide, peccatum est, et sine ea placere nemo potest deo.

Pierādījumu dziļāk ir veidojis Erasms, kā būtība ir šāda: Patiesi Apustulis māca gan jūdus gan pagānus, kuri zem Kristus ticības kopā iegāja kristietībā, dievišķā likuma pārkāpējus esam. Nedz jūdiem bija noderējis rakstītais likums, nedz pagāniem dziļi cilvēku prātos dievišķi iegravētais, kas tiek saukts par dabisko, bet abi Dieva tiesas priekšā atbildētāji⁷, kas seko pēc daudzām Rakstu liecībām. Tad Apustulis gan vieniem gan otriem liek priekšā taisnotāju Kristu caur ticību, kas ir galamērķis, proti, likuma piepildījums taisnošanai jebkuram ticīgajam, kurš gan grēku piedošanu dāvā, gan taisnošanas garu piešķir, kas mūsu tieksmes izmaina, ka mēs jauni radījumi taptu, un būtu taisni ne tikai ar darbiem cilvēku acīs, ko likums izkropļo, bet arī iekšēji prātā un dziņās, ko Dievs pārbauda, ko tikai Kristus gars dara, kurus, dziļi ietiecoties tajos, pārveido par jauniem cilvēkiem, tieši kā Samuēls sacīja Saulam. Tāpēc lai arī tikai caur Kristus ticību taisni topam Dieva acīs, nedz arī darbi rezultē taisnošanu, no kā netiks taisnota neviena miesa Dieva priekšā, tomēr vēl aizvien esam nešķīstās miesas nospiebtībā, bet taisnošana piesaka sevi, tiekams mirstīgais ietērsies nemirstīgajā. Visbeidzot māca, lai ar godīgiem prāta centieniem mēs uzvarētu. Un lai mēs neiedomātos Dieva žēlastības sludināšanu kā krietno darbu pārtraukšanu, un tā mūsu brīvību, ar kuru Kristus mūs atbrīvojis, apmainītu pret kādu izdevīgumu miesai, lai ar to sev izgatavotu ļaunuma apsegu, ētiskās lietas viņš dažādi aplūko. Uz beigām viņš pamāca būt iecietīgiem pret vājajiem un pret tiem, kam tieksme uz māņticību, tiekams arī paši pieaug Kristū par pilnīgiem vīriem. Vēstule ir rakstīta un no Ahaijas pilsētas Korintas nosūtīta uz Romu Apustulim ar Kenhrejas draudzes sievas Fēbas starpniecību. Līdzīgi kā vēstulē galatiešiem šajā vēstulē vislabāk parādīts un izcelts, vērsties pret darboņiem farizejiem, ka tikai ticības godība, tas ir, sekojošā pestīšanas palāvība Kristū, ir taisnot spējīga. Jo taisnoto darbiem jābūt kā labā koka augļiem, bet bez ticības būs vien grēki, lai ar cik izskatīgi un lieliski šķistu cilvēku acīs. Jo kas vien ne no ticības, tas ir grēks, bet bez tās izpatikt Dievam nespēj neviens.

Caput I

[1:1a] Paulus servus Iesu Christi⁸

Epigraphi est, hoc est, Epistolae inscriptio, constans suae autoritatis commendatione, et eorum ad quos scribit pietatis,

⁷ Reus = atbildētājs tiesā, parastu JD tulko „grēcinieks”.

⁸ A. Knopkens komentē Romiešu vēstules norādītos pantus, atsaucoties uz īsām vārdkopām katrā no tiem, kā piemēram šeit, Rom. 1:1a, vārdkopa „Paulus servus Iesu Christi”.

Pirmā nodaļa

magis autem Christi et Evangelii laudibus. *Paulus*, De nomine Pauli multa a multis dicuntur. Nam nonnulli inter quos Hiero. in commentario Epistolae ad Philemonem putant eum a Sergio Paulo proconsole, viro prudente, quem Paulus Christo lucrificet, appellationem trahere, sed hos acta apostolica convincunt, quae haud obscure indicant Pauli nomen Apostolo fuisse antequam ille Christum agnosceret. Alii binominem cum putant fuisse, de quorum numero Origenes, quemadmodum Matthaeus, qui et Levi dictus est, Vero autem propius est, quod a Iudaeis quidem hebraeo nomine Saul vocatus sit, Gentile autem, et Rhomanum nomen assumpserit, quod gentium esset Apostolus.

[1:1a] Servus Iesu Christi

Id est minister 1. Cor. 5. statim autem in ipso exordio suum agit negocium. Nam cum se servum dicit, significat se non suum negocium agere, quemadmodum illi, qui ventris caussa, sub verbi dei praetextu, vulgus expilant, aut qui suae gloriae, et famae pruriginem sectantur. Deinde cum subiicit Iesu Christi, excludit et Mosen, et omnes mortales, quorum Apostolus non vult haberi, quippe qui tantum terrena docere possunt. Quem autem deus misit, hic verba dei loquitur. Insuper a deo missus Moses, id est, lex ducit quidem nos in peccati cognitionem, reosque nos agit, verum peccatum non donat, nec iustitiam confert. Utrunque autem Christus praestat. Quia lex per Mosen data est, gratia autem et veritas per Iesum Christum facta est. Deinde cum adiicit Κλητός id est, vocatus, et meritum suum excludit, et germanum se significat Apostolum, iuxta illud: Nemo sibi sumat honorem, nisi qui vocatur a deo tanquam Aaron. Itidem vocatos esse oportet, quotquot hoc munus obeunt, Vocantur autem dum non quaesita occasione, vel per Ecclesiam, vel ipsum deum, ad hoc munus seliguntur.

[1:1b] Munus apostolicum

Ἀπόστολος latine interpretatur legatus, seu missus, iuxta illud: Quomodo praedicabunt, nisi mittantur? Quo nomine libenter utitur Paulus, scilicet, ut conscientiae nostrae certae sint, nos ex eo non hominis, sed dei verbum audire, quo sanantur mentes nostrae sicut scriptum est: Misit verbum suum et sanavit eos, hinc alibi: Pro Christo, inquit, legatione fungimur, et ipse dominus: Qui, inquit, vos audit, me audit. Ob id ad Tessa. laudat quod accepissent praedicationem suam, non ut verbum hominis, sed, sicut vere est, verbum dei.

[1:1c] Segregatus

Virsrakstā norādīts, ka apustulis rakstījis savā pilnvarā un to, kuriem raksta mīlestībā, bet vairāk Kristus un evaņģelija slavai. Pauls: par Paula vārdu daudzi dažādu ko izsaka.

Jo daži, starp kuriem arī Hieronims, Filomenam vēstules komentārā, uzskata, ka savu vārdu aizguvis no Sergija Paula, prokonsula, gudrā vīra, kuru Pauls Kristum ieguva, bet šos uzskatus apstrīd Apustuļu darbi, kuri pavisam skaidri norāda, ka Paula vārds apustulim bijis jau pirms viņš Kristu atzinis. Ja citi ir domājuši divus vārdus esam, starp kuriem Origēns, tāpat kā Matejs, ko sauc arī Levijs, patiesībai tuvāk ir tas, ka jūdiem saucās ebreju vārdā Sauls, bet pagānu un romiešu vārdu pieņēma esot pagāniem par Apustuli.

Tas ir, kalps 1. Kor 5, jo jau no paša iesākuma dara savu darbu. Jo kad saka sevi būt kalpu, norāda nedarīt savu darbu līdzīgi tiem, kuri Dieva vārda aizsegā vēdera dēļ tautu aplaupa, vai kuri sava goda un slavas niezēšanas dēļ cīnās. Sekojoši, ja pakļaujas Jēzum Kristum, tad izslēdz gan Mozu, gan citus mirstīgos, kuru Apustulis viņš negrib saukties, jo tie taču spēj mācīt tikai zemišķas lietas. Bet ko Dievs sūta, tas Dieva vārdus runā. Vispirms jau Dieva sūtīts ir Mozus, tas ir, likums mūs ved grēka atpazīšanā un mūs dara par atbildētājiem tiesā, bet patiesu grēku atlaidi nedāvina, nedz taisnošanu dod. Abas šīs lietas Kristus gādā. Jo caur Mozu ir dots likums, bet žēlastība un patiesība caur Jēzu Kristu. Pēc tam kad piemetina Κλητός, tas ir, aicināts, gan savu nopelnu izslēdz, gan sevi par īstenu Apustuli apzīmē pēc šī: Nevienš lai sev nepiešķir godu kā vien ja Dieva aicināts tā kā Ārons. Tāpat aicinātam jābūt, kurš vien šo kalpošanu pilda, jo ne izdevīga gadījuma pēc tiek aicināti, bet ir Baznīcas izraudzīti šai kalpošanai, jeb paša Dieva.

Ἀπόστολος latīņu valodā 'legatus' (sūtņis), proti, nosūtīts, kā sacīts: Kā tad sludinās, ja nebūs sūtīti? Šo nosaukumu Pauls labprāt lieto, proti, lai mūsu apziņas būtu drošas, ka mēs dzirdam no viņa nevis cilvēka, bet Dieva vārdu, ar ko tiek dziedināti mūsu prāti, kā ir rakstīts: Viņš sūtīja savu vārdu un dziedināja tos. Citur vēlreiz viņš saka: Kristus uzdevumā kā sūtņi tiekam nodarbināti, un pats Kungs saka: Kas jūsos klausās, klausās mani. Tādēļ slavē to vēstulē tesalonīķ., ka tie saņemtu viņa sludinājumu ne kā cilvēka vārdu, bet kā ir patiesībā, Dieva vārdu.

Alludit ad factionem suam, quam in Iudaismo sectabatur. Nempe quod erat pharisaeus iuxta legem: Qui sic appellabantur ab hebraea voce Phares, quod ob insignem vitae sanctimoniam, et doctrinam, semoti, seperatique haberi, a vulgo vellent. Coepit igitur vere esse in Christo, quod nomine tantum erat in iudaismo. Nempe semotus a lege, ad Evangelium, a Mose ad Christum, a fiducia operum, ad fidei gratiam.

[1:1d] In evangelium dei

Observa hic munus functionis apostolicae, et eorum qui succedunt Apostolis, quod eis dominus iniungit, praedicate, inquiens, Evangelium omni creaturae. Et Petro, ter amorem professo, pasce, inquit, agnos meos. *Εὐαγγέλιον* autem, apud Graecos, promiscuam habet significationem. Pro felici nuncio ac praecone rerum bene gestarum, et pro praemio, quod datur felicia nunciantibus. Priori modo hic accipiendum est. Quid enim laetius, aut iucundius auditui, quam dei filium in terras delapsam pro nostris sceleribus expiandis, occubuisse, ac hostiam omnibus seculis consummatam, se obtulisse, coelum aperuisse, et arrabonem spiritum suum nobis, praestare credentibus? Observabis autem, quod inter Evangelium, id est, inter promissiones divinas, et legem, id est, praecepta intersit. Nam his duobus totius scripturae summa comprehenditur. Lex tanquam exactor extorquet, fac hoc, et hoc alioqui damnaberis, et ita nos semper reos agit, quia praecipit, quod nostris conatibus praestare non possumus. Evangelium autem nihil, nisi fidem in Christum exigit. In quem, si te totum coniecisti iam iustus es, Quia fide purificat deus corda credentium. Lex dicit peccator es, despera, damnare. Evangelium, crede in Christum et iam iustificatus es, quia ille factus est pro nobis peccatum et maledictum, hoc est, hostia pro peccatis, et maledictis, ut nos essemus dei iustitia per illum, Et ut ille nobis communicaret, quicquid lex extorquere non potuit, Lex dicit fac, quod iubeo, Fides autem ex Evangelio concepta, da, dicit deo, quod iubet, Et quod lex minando imperat, hoc Evangelium credendo impetrat. Tali autem fide praeditus, non potest non amasse deum, a quo tanta beneficia immeritus est consecutus. Proinde semper cavet, ne tam benignum parentem prudens offendat, et tali timore incipit operari bonum, non coactus, sed libera charitate, et id demum est bene operari. Proinde Evangelium nihil exigit nisi fidem. Quemadmodum ait dominus Io.6. et mox subiungitur hic, quod est potentia dei etc. et alibi, verbum veritatis et salutis nostrae illud vocat,

Viņš atsaucas uz savu partiju, kurai piederēja jūdaismā. Proti, ka bija farizejs saskaņā ar likumu: Viņi ebreju valodā saucās Phares, lai īpaši svētās dzīves un mācības dēļ nodalītos no vienkāršās tautas. Tādējādi patiesi sāka Kristum⁹ piederēt, kad tikai nomināli piederēja jūdaismam. Patiesi, nošķirās no likuma uz evaņģeliju, no Mozus pie Kristus, no pašāvības uz darbiem uz ticības žēlastību.

Ievēro šo apustuliskās darbošanās un to, kuri seko Apustuļiem, kalpošanas dāvanu, ko viņiem Kungs pavēl, sacīdams: Sludiniet evaņģeliju katrai radībai. Un Pēterim, trīs reizes, mīlestību vēstot, saka: Gani manas avis. Bet *Εὐαγγέλιον* grieķiem nozīmē dažādas lieta. Laimīga ziņa¹⁰, kā arī ziņotāja labu padarītu lietu izsludinājums, un vēl atalgojums laimīgās vēsts pasludinātājiem. Bet tā ir jāsaņem pirms. Bet kas gan priecīgāks un jaukāks ausij dzirdēt kā Dieva dēlu uz zemes nonākušu mūsu noziegumu izpirkšanai, mirušu, un par upuri visiem laikiem piepildītu sevi pienesot, debesis atverot, un sava gara noslēpuma ķīlu dāvājot ticīgajiem? Vēl arī ievēro, ar ko atšķiras evaņģēlijs, tas ir, dievišķie apsolījumi, un likums, tas ir, bauslība. Jo no šiem diviem visa svēto rakstu būtība ir jāsaprot. Likums tā kā nodokļu vācējs izspiež: Dari šo un šo, citādi tu tiks pazudināts, un tā mūs vienmēr kā atbildētājus tiesā spiež, jo pieprasa, ko mēs ar saviem centieniem izpildīt nevaram. Turpretī evaņģēlijs neko neizspiež kā vien ticību Kristum. Kurā, ja sevi visu atdosi, būsi taisnots, jo ar ticību Dievs ticīgo sirdis šķīsta. Likums draud: Tu esi grēcinieks, izsamisti, tieci sodīts. Bet evaņģēlijs: Tici Kristum un jau taisnots esi, jo viņš dēļ mums grēku piedošana un lāsts ir tapis, tas ir, viņš ir upuris par grēkiem un lāstiem, lai mēs nonāktu Dieva taisnībā caur viņu, un lai viņš dotu mums visu to, ko likums izspiest nespēja. Likums saka: Dari, ko pavēlu. Bet ticība, no evaņģēlija ieņemta, saka: Dodi Dievam, ko pavēl viņš. Un ko likums draudot pavēl, to evaņģēlijs caur ticību panāk. Tādai ticībai uzticīgs citādi nevar būt kā iemīlējies Dievu, no kā arī panāk tik daudz svētības bez nopelna. Tādējādi vienmēr jāuzmanās, ka kā gudrs dēls tik cēlu tēvu nenoniecīnātu, bet ar tādu bijību sāktu darīt labo, un nevis spiests, bet brīvas mīlestības mudināts, un tikai tas nozīmētu darīt labu patiesi. Tādējādi evaņģēlijs neko neizspiež kā tikai ticību. Tādā veidā runā Kungs Jānis 6. un vēl pievieno: Kas ir Dieva varenība etc. Un citur: Par patiesības un mūsu pestīšanas vārdu sauc to, kas tikai no sirds un patiesi

⁹ Bieži lietots paralēlisms *Χριστός* gr. svaidītais, ebrejiem Mesija, un JD Jēzus Kristus

¹⁰ Homērā, priecīgā zina pirms paša dāvinājuma saņemšanas

quod solum ex corde, et vere nos bonos reddit. Cum lex, id est, praecepta vel desperare cogant, vel in operum externorum hypocrisis adigant. Opera autem sine affectibus falsam iustitiae persuasionem, et inflationem, in corde, nobis erigunt, et ita resistere deum nobis faciunt. Econtrario fides iustitiam suam pro stercore ducens, misericordiam semper suspirat, et ob id consequitur gratiam, quia deus superbis resistit, et esurientes implet bonis. *Dei.* dei autem addit, ne de promissorum magnitudine diffidamus, ut est humana fragilitas meticulosa.

[1:2] Per prophetas

Observa ex hoc loco Evangelium non tantum id esse, quod nobis prodiderunt Evangelistae, et Apostoli, sed Evangelium esse in scripturis, quicquid usquam est divinarum promissionum, quas per filium suum credentibus praestitit deus. Econtrario legem quicquid exactionem sonat, Quemadmodum illa sunt, quae dominus Matthaei 5.6.7. capitibus, legem interpretans, terribiliter comminatur. Lex nos ipsos nobis ob oculos ponit, ut desperantes de conatu et iustitia nostra ardentius Christi gratiam amplectamur, Quam si sitis, et esuris iam habes spiritum iustificantem, purgantem, et novos affectus largientem.

Et ita Lex pedagogus noster est ad Christum. An non Evangelium, id est, laetum, felixque nuncium, quod per ipsum legislatorem dicitur. Dominator dominus, misericors et clemens, patiens, et multae miserationis, etc. et propitius ero iniquitatibus eorum, et peccatorum eorum non recordabor amplius, Et parcam eis, sicut parcat vir filio suo servienti sibi. Econtrario an non Lex quod ait dominus? Qui dicit fratri suo fatue etc.

[1:3a] Genitus

Ambrosius et vetus interpres factus legunt, quod non multum dissonat, modo factus est, pro, esse coepit accipiamus. Is enim, qui semper erat deus, homo esse coepit, sicut scriptum est: Verbum caro factum est.

[1:3b] Semine David

luxta illud psalmi. Iuravit dominus David veritatem, etc. Et cum dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo, et firmabo regnum eius, et stabiliam thronum eius usque in sempiternum. Et Esa. Super solium David, et super regnum eius sedebit etc. Lucae.1. Dabit, inquit, angelus illi dominus deus sedem David etc. Et

mūs krietnus atjauno. Turpretī likums, tas ir, bauslība vai nu spiež izmisumā, vai arī iedzen ārēju darbu divkosības tieksmē. Darbi bez pieķeršanās rada maldīgu taisnīguma pārliecību un uzpūtību sirdī, un tādējādi mums liek pretoties Dievam. Bet pretī tam ticība savu personisko taisnību padarot par mēslu, vienmēr izdveš žēlsirdību, un tādēļ sasniedz žēlastību, jo Dievs augstprātīgiem pretojas, bet izslāpušos piepilda ar labumiem. Dievam. Pievieno - Dievam, lai dēļ apsolījuma milzīguma mēs neizsamistu, jo cilvēcīgā trauclība ir drebelīga.

No šīs vietas ievēro, ka evaņģēlijs nav tikai tas, ko mums ir devuši Evaņģēlisti un Apustuļi, bet evaņģēlijs ir arī rakstos, ko vien no dievišķajiem apsolījumiem ticīgajiem caur savu dēlu ir dāvājis Dievs. Pretēji, par likumu izsakās kā par izspiešanu. Tādēļ parādās tas, par ko Kungs Math.5.6.7. nodaļās, skaidrojot likumu, briesmīgi brīdina. Likums mūs pašus sev acu priekšā noliek, lai izmisumā tiecoties pēc taisnošanas dedzīgāk satvertu Kristus žēlastību. Pēc kuras slāpstot un izsalkstot jau satveram taisnojošo garu, kas mūs šķīstī un jaunus centienus bagātīgi dāvina.

Un tā likums ir mūsu ceļvedis (παιδαγωγός¹¹) uz Kristu. Vai tad ne evaņģēlijs, tas ir, priecīgā un laimīgā vēsts, kas caur pašu likumdevēju mums tiek pasludināts? Kungs, valdošs, žēlojošs un gudrs, pacietīgs un lielas apžēlošanas etc: Un viņu noziegumus piedošu un viņu grēkus vairs nepieminešu, Un būšu pret viņiem saudzīgs, tāpat kā vīrs saudzē savu dēlu, kas viņam kalpo. No otras puses, vai ne likums tas, par ko runā Kungs? Kas savam brālim saka muļķību etc.

Ambrozijs un senie skaidrotāji lasa: 'tapis'¹², kur lielas atšķirības nav, bet tikai, 'ir tapis' nozīmētu 'ir sācis eksistēt'. Jo tas, kurš vienmēr ir bijis Dievs, top par cilvēku, kā ir rakstīts: Vārds tapa miesa.

Līdzīgi kā psalmā. Zvērēja Kungs Dāvidam patiesību, etc. Un kad tu gulēsi ar saviem tēviem, uzmodināšu tavu sēklu pēc tevis, kas izies no tavas miesas, un viņa valstību es nostiprināšu un viņa troni uz mūžīgiem laikiem. Un Jesaja. Dāvida sēdeklī un viņa valstībā sēdēs, etc. Lūkas 1. saka: Eņģelis, Kungs Dievs dos viņam Dāvida sēdekli etc. Un zēni tajā

¹¹ Παιδαγωγός, gr.val. vergs, kurš bērnu ved uz skolu.

¹² genitus=dzimis

pueri in solemni illa acclamatione. Ossiana, id est, bene commoda, et prosperitatem impartit filio David, Et memento Iesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine David.

[1:4] Cum potentia

Christi geminam in eodem hypostasi naturam, adeoque totius Evangelii summam, Nempe Christum verum esse deum, qui et servare, et beare valeat, hominemque, qui in lucem vitae piae coelitus descenderit mortalibus, mira verborum emphasi describit. Caro et eius infirmitas declarant eum hominem fuisse ex semine David, qui et mori potuit, et pro peccatis nostris satisfacere, naturamque deo in se reconciliare. Potentia autem miraculorum, spiritus omnia sanctificans, quem tanquam deus, ac dei filius apostolis, et omnibus impartit fidelibus, et praecipue quod suapte virtute, ex mortuis primus revixit, idque non uni sibi, sed toti humanae naturae. Sicut enim per hominem mors, etc. Haec inquam vere declarant eum deum esse, qui et peccatum abolere, iustificare, spiritum communicare, servare, beatitudinem, adeoque ad eam omnia necessaria, valeat praestare, ut nihil extra eum desideremus. Spiritus autem sanctificationis pro spiritu sanctificante dictum est more hebraeis, et viris apostolicis familiari, sicut filius perditionis, pro filio perduto, civitas sanctitatis, pro civitate sancta.

[1:5a] Gratiam

Gratia pro quo in graecis est, *Χάρις* Paulinum est vocabulum, interdum significans beneficium, quod gratuito confertur, ut hoc loco, nonnunquam favorem, ut infra, gratia vobis et pax.

[1:5b] Ut obediatur fidei

Vide ad quid praedicandum missi sint apostoli. Nempe ut obediatur fidei, id est, ut grato animo beneficium complectamur, quod per Christum coelestis pater nobis contulit, nec id curiosis miraculis, ut Iudaei, qui signa petunt, nec humanis rationibus, ut Graeci, qui sapientiam quaerunt, sed simplici obedientia, et grata mente complectamur promissiones dei, per fidem in Christum, ut spes salutis nostrae sit in deo, qui fallere non novit, et non in operibus, et iustitiis nostris ex quibus nemo iustificatur. Et sane gratia deo,

svinīgajā piebalsojumā: Ozianna! proti, Nāc palīgā! Dod labvēlību un piešķir veiksmi Dāvida dēlam¹³, un piemini Jēzu Kristu, kas augšāmcēlies no mirušajiem no Dāvida sēklas.

Apustulis brīnumainiem vārdiem izteismīgi aprakstīja Kristus divējādo dabu vienotā hipostasē, un ar to izsakot visa evaņģelija kopsavilkumu, proti, Kristus patiesi ir patiess Dievs, kurš gan pestīt, gan svētīt bija spējīgs, un cilvēks, kurš svētas dzīves gaismā no debesīm nonāca mirstīgajiem. Viņa miesa un tās vājums rāda viņu cilvēku būt bijušu no Dāvida sēklas, kurš arī nomirt varēja, un mūsu grēku dēļ gandarīt, un Dievu ar dabu sevī samierināt. Ar brīnumu darīšanas spēju un visu svētošajā garā, kuru kā Dievs un Dieva dēls piešķīra apustuļiem un visiem citiem ticīgajiem, un galvenokārt tomēr ar savu paša brīnuma spēku no mirušajiem pirmais atdzīvojās, darot to ne sev vienam, bet visai cilvēcei. Tāpat kā caur cilvēku nāve, etc. Tas viss, es saku, patiesi viņu pasludina par Dievu, kas spējīgs gan grēkus dzēst, taisnot, garu piešķirt, pasargāt, svētību un visu nepieciešamo pie tā klāt dot, lai neko bez viņa mēs vairs nealktu. Bet svētīšanas gars svētošā gara vietā, sacīts pēc ebreju paraduma, un apustuliskajiem vīriem līdzīgi, līdzīgi kā pazudināšanas dēls pazudušā dēla vietā, svētuma valsts svētās valsts vietā.¹⁴

Žēlastība, kas grieķiski ir *Χάρις*, ir Paula vokābulu lietojumā, ar to apzīmējot labdarību, kas bez nopelna tiek piešķirta, kā šajā vietā, dažkārt arī labvēlību, kā tālāk: Žēlastība jums un miers.

Raugi, uz ko sludināt tiek sūtīti apustuļi. Proti, lai paklausītu ticībai, tas ir, lai ar pateicīgu sirdsprātu svētību mēs saņemtu, ko caur Kristu debesu tēvs mums pienu, nedz to ar dīvainiem brīnumiem, kā jūdi, kas zīmes pieprasa, nedz ar cilvēcīgu spriešanu, kā grieķi, kas gudrību meklē, bet Dieva apsoliņumus caur ticību uz Kristu ar vienkāršu paklausību un ar pateicīgu prātu satvertu, lai mūsu glābšanas cerība būtu Dievā, kas nemāk piemānīt, un arī ne mūsu darbos un personīgajā taisnībā, no kā neviens nevar tikt taisnots. Tikai pateicoties

13 Mat. 21:15-16 Bet, kad augstie priesteri un rakstu mācītāji redzēja brīnuma darbus, ko Viņš darīja, un dzirdēja bērnus Templī kliedzam un saucam: Ozianna Dāvida dēlam! - tad tie apskaitās

16 un sacīja Viņam: "Vai Tu nedzirdi, ko šie saka?" Bet Jēzus saka tiem: "Dzirdu gan. Vai jūs nekad neesat lasījuši: no bērniņu un zīdaiņu mutes Tu Sev slavu sagādājis?"

¹⁴ Piemēram, ebreju „nāves dēls” – uz nāvi notiesātais

qui non potuit firmiter salutis fundamentum ponere, quam seipsum, hinc Apostolus publice, et per domos quotidie in deum resipiscentiam, et fidem in dominum Iesum ait se testificatum esse. Huic fidei reluctantur operarii, qui suis meritis regnum dei expugnare volunt, idcirco reluctantur Evangelicae gratiae, stulto zelo, noluntque lumen gratiae Christum, suo affectu, et iudicio carnis praevalere, Et ita se putantes pro deo agere, contra deum agunt, stulto zelo, quemadmodum de Iudaeis ait Apostolus.

[1:6] Vocati

Vocationis vocabulum frequens est in scripturis, pro quacunque occasione quae alicui obvenit non quaesita, aut sperata, quemadmodum salus per fidem, in Christum, gentibus per Ἀπόστολος est praedicata, quam sibi soli Iudaei pollicebantur.

[1:7a] Dilectis dei

Omnem iustitiam nostram adeoque et meritum operum nostrorum deus praevenit, ut hic est cernere, qui diligit nos antequam eum agnoscamus. Ipse, inquit, Ioan. prior dilexit nos, et misit filium suum, propitiationem pro peccatis nostris, Et quis prior dedit illi, et retribuetur ei? Non ergo oportet opinari quod nostris studiis valeamus deum vobis propitium reddere per opera, quem per fidem propitium agnoscere oportet, et demum in fide operari, ut omnia sint gratiae dei praevenientis, non nostrae virtutis merentis, Nam buccinatores operum non est agniturus in extremo illo examine. Est ergo locus contra operarios.

[1:7b] Sanctis

Sancti dicuntur et sunt, in Christo renati et veteri Adamo execti, ac in sanctissimi sanctissima corporis Christi membra adoptati. Quid enim sanctius Christo, et corpore eius Ecclesia? hinc est articulus ille fidei: Sanctam ecclesiam catholicam. Certissimos igitur nos esse oportet, quod habeamus deum patrem in omnibus propitium, cum eius promissiones, omnia sanctificantes, earumque signa simus consecuti. Proinde licet necdum simus toti a peccato iustificati, sed sentiamus adhuc luctantem, in nobis cum spiritu, carnem, intus tamen per fidem Christo iuncti sumus, qui promisit nobis et iustificationem, et salutem. Qui, inquit, crediderit etc. Huic promissioni inhaerentes, ac in ea quotidie fidem alentes, indes iustificamur et morimur peccato, ut iustitiae vivamus. Ut tandem baptismus noster in morte compleatur, quando

žēlastībai no Dieva, kurš nevarēja stiprāku pamatu pestīšanai likt kā sevi pašu, apustulis šeit publiski un pa mājām ik dienas liecina atmošanos Dievā un ticību Kungam Jesum. Pret šo Kristus ticību ir tie, kas ar saviem nopelniem grib iegūt debesu valstību, savā muļķīgā ietiepībā tie pretojas evaņģeliskai žēlastībai un negrib pieļaut, ka Kristus žēlastības gaisma ir vairāk vērtā, kā viņu centieni un miesas spriedums. Un tā viņi ar muļķīgu ietiepību, domādami Dieva vietā ko darām, pret Dievu dara, kā par jūdiem saka apustulis.

Vokābulis "aicināt" bieži ir sastopams Rakstos: aicinājums nekādā gadījumā nenotiek negaidīti vai necerēti, līdzīgi kā glābšana caur ticību uz Kristu, kas pagāniem caur Ἀπόστολος ir pasludināta, ko tikai jūdi sev solīja.

Dievs ir jau pirms visas mūsu taisnības un mūsu darbu nopelniem, kā šeit redzams, kurš mīl mūs pirms mēs viņu atzīstam. Jānis saka: Viņš mūs mīl vispirms, un sūta savu dēlu, izpirkumu par mūsu grēkiem. Un kurš pirmais iedeva viņam un atprasīs no viņa? Tātad nevajag domāt, ka ar saviem pūliņiem caur darbiem noskaņosim Dievu sev labvēlīgu, kuru caur ticību vajag atzīt kā labvēlīgu, un beidzot tikai ticībā darboties, lai viss būtu Dieva žēlastībai pa priekšu nākot iegūts, ne ar mūsu nopelnu. Jo darbu daudzina tātad viņš neatpazīs pēdējā tiesā. Tātad šī vieta ir pret šādiem darboņiem.

Svētie¹⁵ tiek saukti un tādi ir Kristū atdzimušie un senajam Ādamam atņemtie un par vissvētākajiem Kristus locekļiem adoptētie. Jo kas ir svētāks par Kristu un par viņa miesu Baznīcu? No šejienes ir šis ticības artikuls: Svētā katoliskā baznīca. Lai esam droši, ka mums ir Dievs Tēvs visās lietās labvēlīgs, ar viņa apsolījumiem, kas visu svētdara, un to zīmēm mēs sekojam. Tādēļ lai gan vēl neesam pilnībā no grēka taisnoti, bet vēl aizvien jūtam miesu, kas cīnās mūsos ar garu, tomēr iekšēji esam savienoti ar Kristu ticībā, kurš mums solījis gan taisnošanu, gan pestīšanu. Viņš saka: Kurš būs ticējis, etc. Ar šo apsolījumu sasaistījušies, un šajā ticībā ik dienas barojoties, ik dienas tiekam taisnoti, un mirstam grēkam, lai sāktu dzīvot taisnībai. Un beidzot lai mūsu kristība mūsu nāvē tiek piepildīta, kad patiesi grēks un iekāre mūsu locekļos būs

¹⁵ Apustulis Pauls par svētajiem (ἅγιοι) sauc draudzes locekļus.

prorsus peccatum et concupiscentia eius, in membris nostris morietur, et erimus toti nova creatura: interim nomen habemus sanctorum, sicut parvulus dominium. Haeres quidem ille est omnium, sed non differt a servo, donec ad maturam aetatem adoleverit. Ita et nos in curam quidem sumus assumpti a coelesti medico, et de sanitate certi sumus, licet necdum toti simus sani. Proinde si quando in vitium prolabimur per resipiscentiam protinus ad baptismi promissionem est redeundum, donec, ut iam dictum est, ille in morte compleatur: interim nos in vitae novitate ambulare oportet, ut ait apostolus. Proinde viderint quid sanctimoniae nobis superaddere poterint unctionibus suis exterius nonnulli, qui spiritu dei, omnia sanctificante, in baptismo sumus uncti. Hactenus autem inscriptio.

[1:7c] Gratia vobis et pax

Haec duo semper solet Paulus precari fidelibus. Gratiam et pacem. Est autem gratia non ficta quaedam in corde nostro, quiescens charitas, aut qualitas animae infusa, ut scholastici somniant, sed cognitio misericordiae et benignitatis divinae, ac voluntatis illius, qua nostri misertus est, in ipso deo locum habens, quam nobis, per spiritum suum etiam profunda dei scrutantem, revelat, Ipse enim testimonium perhibet spiritui nostro, quod sumus filii dei, qui donum dei est, cuius opera in cordibus nostris sunt iustitia, pax, fides, etc. Quemadmodum qui in dignatione est principis alicuius non dicit quod intra se habeat aliquid positum, quod gratiam principis vocet, sed bonum favorem, quem signis, aut verbis, ex principe cognovit, gratiam vocat. Eodem modo spiritus sanctus dei donum, per fidem conceptus, dictat, quod deum habeamus clementem patrem per Christum, nec sicut existimabamus, qualemque nobis dictat conscientia iratum. Ex hac autem cognitione nascitur pax, id est, conscientiae tranquillitas, quam omnes quaerunt, soli divinis promissionibus credentes inveniunt, quemadmodum infra, iustificati igitur fide, pacem habemus a deo. Haec est illa beata tranquillitas, quae est quasi iuge convivium, Adeoque et ipse spiritus sanctus clamans in cordibus nostris: Abba pater. Hanc consecuti ex libera charitate, ipsiusque spiritus ductu, eo per impetum rapiuntur ad bona facienda, quo per concupiscentiam ad mala rapimur. De hac pace est semper intelligenda scriptura, toties mentionem faciens, Ut pacis non erit finis, Et orietur in diebus eius iustitia, et abundantia pacis, et pax super Israël. Nam in mundo tantum pressuram habemus, cum militia sit vita hominis super terram. At interna, quae omnem sensum

miruši, un būsīm pilnībā jaunas būtnes: līdz tam mums ir svēto vārds, tā kā maza valstībiņa. Viņš ir visa mantinieks, bet neatšķiras no kalpa, līdz būs pieaudzis līdz briedumam. Tā arī mēs esam uzņemti debesu daktera aprūpē, un par dziedināšanu esam droši, lai arī vēl neesam pilnībā veseli. Tādēļ, ja kādreiz netikumā atslīdam grēkā, caur atjaunošanos uz kristības apsolījumu ir jāatgriežas, līdz kamēr, kā jau bija teikts, nāvē tas tiks piepildīts: līdz tam mums dzīves atjaunotnē vajag staigāt, kā saka apustulis. Tādēļ, lai ievēro, ka neviens nespēj pievienot svētumam mums ar savu svaidīšanu ārēji, kas esam ar Dieva garu svaidīti, kas svētu dara visu. Tik tālu ieraksts.

Žēlastība un miers: šos abus Pauls mēdz izlūgties ticīgajiem. Šī žēlastība nav kāda fikcija mūsu sirdīs, klusējoša mīlestība, vai kāda mums iedvesta dvēseles īpašība, kā sholasti sapņaini apcer, bet dievišķās žēlsirdības un svētības atzišana un tā griba, kas par mums apžēlojas, kuram pašā Dievā ir vieta, kuru mums atklāj caur savu garu, arī Dieva dziļumu izpētot, jo viņš sniedz mūsu gara liecību, ka esam Dieva dēli, kas ir Dieva dāvana, kā darbība mūsu sirdīs ir taisnība, miers, ticība, etc. Tāpat, ja kāds ir valdnieka cienīts, nesaka, ka viņā būtu kaut kas, kas valdnieka labvēlību izsauc, bet lielo labvēlību, ko ar zīmēm vai vārdiem no valdnieka saņem, sauc par žēlastību. Tādā pašā veidā Dieva dotais svētais gars, kas caur ticību ieņemts, nosaka, ka Dievs tēvs mums ir iežēlīgs caur Kristu, nevis kā domājām, kādu maldīgu mums diktēja apziņa. No šīs atziņas dzimst miers, tas ir, rāma saprašana, ko visi meklē, bet tikai dievišķā apsolījumā ticošie atrod, līdzīgi kā zemāk, taisnoti ticībā, mieru iegūstam no Dieva. Šis ir tas miers, kas ir gluži kā ilgstošas dzīres, tā ka pats svētais gars kļiedzošs mūsu sirdīs: Abba tēvs. Tam sekojot no brīvas sirds, tā pašā gara vadīti, caur viņa dzinuli sagrābti uz labu darīt, ar ko iekārei uz ļauno mēs tiekam laupīti. No šī miera izejot Raksti ir jāsaprot vienmēr, lai cik reiz atkārtojot, lai mieram nebūtu beigu. Un taps viņa dienās taisnība, miera pārpilnība, un miers pār Israēli. Jo mums pasaulē tikai vajāšanas, jo karošana ir cilvēka dzīve uz zemes. Vislielākajās ciešanās ticošos mierina iekšējā dzīve, kas pārspēj visu prātu. Kopsummā, žēlastība nav nekas cits, kā grēku atlaišana un iežēlošanās kā Dieva dāvana, pats ticošo sirdis atjaunojošais un svētošais svētais gars seko no šā: Sūti savu garu un tie tiks radīti.¹⁶

¹⁶ Psal. 104:30 Kad Tu sūti Savu Garu, tad viņi top dzīvi radījumi, tā Tu atjauno zemes seju.

superat, etiam in mediis afflictionibus consolatur credentes. In summa, Gratia nihil est, nisi condonatio seu remissio peccati, quam dei donum, ipse spiritus sanctus regenerans, et sanctificans corda credentium, sequitur, iuxta illud: Emitte spiritum tuum et creabuntur.

[1:7d] Patre nostro

Dei nomen non audit natura sine maximo horrore et pavore, utputa quem scit sibi propter mandati praevaricationem infensum. Idcirco Apostolus dei nomini, patris nomen subiungit, quo nullum est dulcius conscientii, diffidentia laborantibus.

[1:8] Primum quidem

Haec est narratio, qua primum gratias agit deo, sed per Christum, docens videlicet nihil patri gratum esse, quod Christus sacerdos in aeternum non obtulerit illi. Ob fidem autem Romanorum gratias agit, quemadmodum et pro Ephesiorum, quod ea sola sit medium, per quod dei gratiam, adeoque et Christum ipsum concipiamus. Ex quibus discimus fidem dei esse donum, quemadmodum ad Philip. ait. Vobis datum est a deo, ut non tantum credatis in Christum, sed etiam ut pro illo patiamini.

[1:9a] Testis est mihi deus

Ut maius Romanorum erga se desiderium excitet, affectum suum, quo erga eos flagrabat, aperit, iureiurando deum testem citans. Verum cum dominus omnino iurare prohibuerit, num Paulus praecepto domini satisfacit, et hoc loco, et aliis plerisque iurans? Pro quo sciendum, Iuramenti religionem in eo esse, quod deus verax est, ita et nos verum vel polliceamur, vel dicamus. Proinde ob dei gloriam vel proximi salutem, aut etiam nostram ipsius iurare, nihil officit. Sic Paulus aliquoties iuravit in suis Epistolis. Referebat enim gloriae dei bene sentire de Paulo gentes et iudaeos, cuius legatione ille fungebatur. Sic et prophetae iurarunt, quia refert gloriae dei et nostrae salutis credere vaticiniis illius.

[1:9b] Quem colo spiritu meo

Spiritu deo serviendum est, non in vestibus, calvitio, aut escarum delectu, quemadmodum faciunt hypocritae. Quia regnum dei intra nos est, Deus est spiritus, et spiritu vult adorari, et coli, ut ait dominus ad Samaritidem, Hinc alibi Apostolus: Nos, inquit, sumus circumcisio, qui spiritu servimus deo, Deinde subiungit, in Evangelio filii, Evangelium ut dictum est, potissimum respicit divinas promissiones.

Dieva vārdu neklausās daba bez vislielākajām šausmām un drebēšanas, ko sev kā naidīgu pazīst kaut vai baušļa pārkāpuma dēļ. Tādējādi Apustulis Dieva vārdam pievieno tēva vārdu, par ko nekas nav saldāks sirdsapziņām, kas cieš no neuzticēšanās.

Šis ir stāsts, ar ko vispirms pateicas Dievam, bet caur Kristu, proti, mācot, ka visu, kas Tēvam dārgs, Kristus priesteris uz mūžu viņam ir devis. Bet par romiešu ticību viņš pateicas, tāpat kā par efesiešu, jo tikai tā¹⁷ ir starpnieks, caur ko Dieva žēlastību un arī Kristu pašu ieņemam. No kā mēs mācāmies, ka Dieva ticība ir dāvana, tā kā Filipam saka: Jums ir dots no Dieva, ne tikai lai jūs ticētu uz Kristu, bet arī lai par viņu ciestu.

Lai panāktu lielāku romiešu labvēlību attiecībā uz sevi, atsedza savu degošo mīlestību pret viņiem zvērot, piesaucot Dievu par liecinieku. Patiesi, ja Kungs zvērēt vispār aizliedz, vai tad Pauls Kunga bausli nepārkāpj, gan šajā vietā gan citās daudzkārt zvērot? Tādēļ ir jāzina, ka zvēresta saistība ir iekš tā, ka Dievs ir patiess, tā arī mēs patieso vai nu solam vai apgalvojām. Tādēļ Dieva slavas vai tuvākā glābšanas dēļ vai arī mūsu pašu dēļ zvērot nekā nav kaitēts. Tā Pauls zvērēja vairākas reizes savās vēstulēs. Jo attiecināja to uz Dieva slavu, ja tauta un jūdi domās labu par viņu, kuru misijā viņš bija iesaistīts. Tā arī pravieši zvērēja, jo ticību Dieva pareģojumiem attiecināja uz Dieva slavu un mūsu pestīšanu.

Gara kalpošana Dievam nav tērpu vai ēdamā aizliegumos vai izvēlē, kā to dara divkoši. Jo Dieva valstība ir mūsos, Dievs ir gars un garā grib būt godāts un pielūgts, kā saka Kungs samarietīm. Citur apustulis saka: mēs esam apgraizība, kas garā kalpojam Dievam, tādēļ pievieno: dēla evaņģelijā. Evaņģēlijs, kā ir mācīts, uzlūko dievišķos apsolījumus kā vissvarīgākos. Tādēļ kalpojam Dievam ar viņa dēla evaņģeliju,

¹⁷ ticība

Proinde deo in Evangelio filii eius servimus, dum promissiones per filium nobis factas exemplo beati senis, grata, et indubitata fide amplectimur, Hoc est enim opus dei, ut credamus in eum quem ille misit. Servimus et deo in Evangelio, dum illud fratribus nostris ignorantibus communicamus. Non vult enim dominus talentum verbi sui, apud vos sine fructu esse, sed ut proximum nostrum, per illud ei lucrifaciamus, illudque cum foenore referamus.

[1:10] Volente deo

Annota ex hoc loco, quomodo nulli certo operi, quantumvis sancto, nos oportet obstringi, praesertim in negotio Evangelico, ac ministerio verbi, quemadmodum vetitus est Apostolus in Asia loqui verbum domini in Macedoniam etiam visione monitus venire, sed omnem, sollicitudinem nostram in deum proicere, cui adeo curae sumus, ut etiam capillos capitis nostri habeat numeratos, ergo oportet, ut occasionibus habitis consilium patris nostri diligenter venemur, et reiecta cupiditate nostra, sic nos comparemus, ut libenter sequamur, quocumque nos vocaverit dominus, Et qui hoc animo, praeditus est, ille quicquid in manus inciderit, viriliter aggrediatur, et ad similitudinem beatae arboris, det fructum in tempore suo.

[1:11] Donum spirituale

Donum spirituale est, quod spiritum alit, ac fovet, illud autem fides est, Quemadmodum et subiungens exponit per mutuam fidem. Illa enim in abditissimo humani cordis secessu latet, quemadmodum scriptum est: Corde creditur ad iustitiam. Fidem autem iam prius in illis commendarat, quam nunc vult sua praesentia confirmare, ut si quid adhuc in illis desideraretur, illud praesentes ex praesente agnoscerent, et ita mutuis se consolationibus sublevarent.

[1:13a] Proposueram

Annota ut verum sit illud Prophetarum: Cor hominis disponit viam, sed domini est dirigere gressus eius. Atque id iterum memineris, quod paulo ante dictum est. Nempe ut nihil humano impetu, aut consilio, aut tua cupiditate, hoc est, non quaesitae occasionis oblatione, aggrediaris. Monet ergo hic locus expectandam esse vocationem.

[1:13b] Quo fructum aliquem

Si lucratur domino fratrem, quoties argutus, et monitus a nobis, respuerit. An non ingens fructus tam populosam

kamēr pateicībā un ar nešaubīgu ticību apskaujam caur dēlu apsolījumu, kas pēc svētīgā senča¹⁸ (*beatus senex*) parauga mums notikuši. Jo tas ir Dieva darbs, lai ticam tam, ko viņš sūta. Kalpojam arī Dievam ar evaņģeliju, kamēr to mūsu nezinošajiem brāļiem skaidrojam. Jo negrib Kungs savu vārdu līdzīgi kā naudas vērtību pie jums bez augļiem ieguldīt, bet lai mūsu tuvāko caur to iegūtu ar augļiem, itin kā viņu ar augļiem nopelnītu.

No šīs vietas ievēro, kā no jebkāda drošā lai arī cik svēta darba mums vajag atturēties sevišķi evaņģelija darbā un vārda kalpošanā, līdzīgi kā Apustulim ir aizliegts sludināt Kunga vārdu Āzijā, arī Maķedonijā vīzijā brīdināts nenākt, bet visu mūsu pašāvību liekot Dievā, kuram tik ļoti rūpam, ka pat matus uz mūsu galvas saskaitījis. Tādējādi vajag pa laikam mūsu tēva padomam centīgi pakaļ dzīsimies, un ar atmetu mūsu pašu kārtību tā sevi sagatavot, ka labprāt sekosim, kur vien Kungs mūs sauktu. Un kurš šādam prātam ir nodevies, kad vien kāds darbs rokās iekritīs, vīrišķīgi dosies uz priekšu un svētīgā koka līdzībā dos augļus savā laikā.

Garīga dāvana ir tā, kas baro garu un to lolo, bet tā ir uzticība, kad tieši arī savienojoties parādās caur savstarpēju uzticēšanos. Jo tā slēpjas cilvēka visapslēptākajā sirds paslēptuvē, tā kā ir rakstīts: Sirdī tic uz taisnību. Bet uzticību jau iepriekš tiem dāvāja, ko tagad grib savā klātbūtnē apstiprināt, lai, ja ko te uz vietas viņi alks no viņa, to klātesoši no klātesošā uzzinās, un tā cits citu mierinājumus atbalstīs.

Ievēro, lai paties būtu Pravieša sacītais: Cilvēka sirds izplāno ceļu, bet Kunga ziņā ir vadīt viņa soļus. Un arī to vēlreiz atceries, ko nedaudz iepriekš sacīja: Patiešām lai neko no cilvēka dzinūja, vai padoma vai savā centībā, tas ir, kārotās izdevības piedāvājumā, tu neko nepasāktu. Tātad šī vieta brīdina, ka sagaidāms ir aicinājums.

Ja iegūsim brāļi Kungam, lai cīkār viltīgs bijis, bet pamācīts no mums būs kļuvis atkal saprātīgs, vai tad nebūs milzīgs

¹⁸ Ar *beatus senex* jāsaprot Ābrahāms, kā tas skaidrs no [4:23] *Non scriptum est autem* komentāra, kur šis pats apzīmējums lietots.

urbem ad dominum convertere? Hinc alibi: Quae est, inquit, spes nostra, et gaudium et corona gloriae, nonne vos ante dominum Iesum?

[1:14a] Graecis

Inculcat hoc ob Iudaeos, qui Evangelii gratiam ad se solos putabant spectare, nec idolatras gentes in eius consortium admittendas. In qua opinione et apostolos aliquam diu ipsos fuisse constat. Quod Petrus Cornelium baptizare noluit, nisi coelesti visione monitus. Graecos autem pro quibusvis gentibus humana philosophia instructas dicit, quemadmodum barbaros humanarum artium ignaros, Turgebant enim Graeci humanis disciplinis, ac caeteras nationes tanquam barbaras, ac rudes prae se fastidiebant, Eo autem tempore pene totus orbis, ob monarchiam Romanorum graece loquebatur. Nam ob id Apostolus Romanis non latine sed graece scripsit.

[1:14b] Rudibus et eruditus

Evangelium non discernit inter rusticum Petrum, et Dionysium philosophum, Fidem enim solam, ex simplici corde profectam, requirit, quemadmodum scriptum est: Domine oculi tui respiciunt fidem, non scientiam infantem.

[1:14c] Debitor sum

Vel hic vide Apostolorum, et eorum successorum officium ministerium esse, non dominium, quemadmodum alibi: Sic, inquit, nos existimet homo, ut ministros Christi, Proinde Ecclesiae magistratus omnibus debet.

[1:16a] Non enim me pudet

Minutula res, immo ridicula videtur praedicatio Evangelii in oculis incredulorum, praesertim sapientium, ac potentium huius mundi, quales tunc erant Romani. Nempe quod eius nomine praedicatur peccatorum remissio, qui ipse perinde atque sceleratus in crucem sublatus est, et quod eius nomine salus ac vita annunciat aeterna, qui ipse morti crudelissime est addictus. Ridicula, inquam, res haec videtur in oculis incredulorum et stultitia, ut alibi ait, sed per eam deo placuit salvos facere credentes. Ut in stultitia mundus agnoscat deum, quem in sapientia agnoscere non potuit, Proinde potentia dei est Evangelium ad salutem praestandum credentibus, hinc ait: Non me pudet et c.q.d. quantumvis leviculum et minutulum videatur foris Evangelium, intus tamen habet virtutem conferendi spiritus, quod nec lex, nec humana philosophia potest. Et ipse dominus. Qui inquit, me erubuerit, et sermones meos coram hominibus, huius pudebit et filium hominis.

ieguvums tik daudzapdzīvotu pilsētu Kungam pievērst? Par šo vēl citur saka: Kas ir mūsu cerība un mūsu prieks un slavas kronis, vai tad ne jūs, kas Kunga Jēzus priekšā?

To uzsver par jūdiem, kuri evaņģelija žēlastību tikai uz sevi domāja attiecināmu, nedz dievekļu pielūdzējas pagānu tautas tai pielaižamas. Pie šāda viedokļa, kā zināms, arī apustulis ilgi turējās pats. Tāpēc Pēteris Kornēliju negribēja kristīt kā tikai pēc debesu vīzijas mudinājuma. Bet grieķus salīdzinājumā ar jebkuru pagānu tautu uzskatīja par izglītotiem cilvēciskajā filozofijā, līdzīgi kā barbarus izglītotībā kā neprašas. Jo grieķi pasaulīgajās zinībās bija uzpūtīgi un citas tautas salīdzinājumā ar sevi uzlūkoja kā barbarus un nicīgi kā rupjas. Tajā laikā gandrīz visa pasaule zem romiešu valdīšanas runāja grieķiski. Tādēļ arī Apustulis romiešiem rakstīja grieķiski, nevis latīniski.

Evaņģēlijs nešķiro zemniecisko Pēteri un filozofu Dionīsiju, bet pieprasa tikai no vienkāršas sirds izejošu ticību, kā ir rakstīts: Kungs, tavas acis uzlūko ticību nevis uzpūtīgu zināšanu.

Vai ieraugi šeit Apustuļu un viņu pēcteču pienākumu būt par kalpotājiem, nevis par kungiem, kā arī citur saka: Tā mūs lai vērtē jebkurš cilvēks – kā Kristus kalpus, tāpat kā tas būtu jādara visiem Baznīcas darbiniekiem.

Smieklīgas un nieku lietas šķita neticīgo un šīs pasaules vareno acīs evaņģelija sludināšana, kādi toreiz bija romieši. Patiesi, viņa vārdā tika sludināta grēku piedošana, kurš pats kā noziedznieks pie krusta bija pakārts, un viņa vārdā pestīšana un mūžīga dzīvība tika pasludināta, kurš pats visnežēlīgākā nāvē tika notiesāts. Jāsaka, smieklīgi un muļķīgi tas izskatījās neticīgo acīs, kā citur sacīts: Bet caur to Dievam labpatika ticīgos izglābt. Lai pasaule atpazītu Dievu muļķīgajā, ko gudrībā nespēja atpazīt. Tādēļ Dieva varā ir evaņģeliju dāvēt ticīgajiem pestīšanai, kas saka: Man nav kauns no tā, cik paviegls un niecīgs izskatītos ārēji evaņģēlijs, tomēr kas iekšēji ir ar spēku nest garu, ko ne likums, ne cilvēcīga filozofija iespēj. Un pats Kungs saka: Kurš kaunēsies no manis un maniem vārdiem cilvēku priekšā, no tiem kaunēsies cilvēka dēls.

[1:16b] Omni credenti

Fides principium est, et fundamentum iustificationis, sine qua impossibile est placere deo, et sine qua quicquid facimus, peccatum est, immo ipsa est dei iustitia, id est, per quam deus iustificat.

[1:16c] Iudaeo simul et Graeco

Sub Iudaeo et Graeco utrumque complexus est populum Iudaicum scilicet, et gentilem. Primo autem, annotante Erasmo, hoc loco significat potissimum, quod Iudaeis promissus sit Christus, ac salus ex illis prodierit. Graeci autem prae caeteris gentibus sapientia erant illustres.

[1:17a] Iustitia enim dei patefit.

Iustitia dei bifariam patefit, per Evangelium, cum quod deum iustum declarat in promissis suis, dum praestat per Christum credentibus, quicquid olim patribus, et prophetis promiserat, Deinde dum gratis iustificat impium, id est per solam fidem, sine omnibus operibus peccata donat, et iustitiam confert, ut non nitamur iustitiae nostrae, quae est tanquam pannus mulieris menstruo pollutae, sed illi quam deus per Christum praestat, quemadmodum alibi ait. Ut inveniar in illo non habens iustitiam meam quae est ex lege, sed illam quae ex fide Iesu Christi.

[1:17b] Ex fide in fidem

Id est ex imperfecta fide ad perfectiorem. 2. Corinth. 3. a gloria in gloriam. Psal. 83. de virtute in virtutem. Subinde enim crescit per Evangelium fides nostra donec crescamus in virum perfectum. Ephe. 4. Non enim beati qui saturi sunt, sed qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quae est per fidem.

[1:17c] Iustus ex fide

Bifariam potest exponi. Ut sit, iustus victurus est ex fide, id est, consecuturus est vitam, non ob opera sua, sed quod credit promissionibus divinis, deoque non sibi nititur, Vel iustus non ex operibus, ex quibus nemo iustificatur coram deo, sed ex fide in Christum, qui est perfectio legis, ad iustitiam omni credenti, is inquam iustus victurus est, id est, vitam consecuturus. Quia sic deus dilexit mundum etc.

[1:18a] Palam fit enim ira dei

Ante proditum Evangelium Christi, in solos Iudaeos videbatur saevire divina ultio quam hic ex consuetudine sermonis Hebraici, Iram vocat, Nunc autem innotescit ex Evangelii praedicatione, deo ex aequo, omnes homines curae esse, eumque vel impios, hoc est, sibi non fidentes, timentes,

Ticība ir iesākums un taisnošanas pamats, bez kā nav iespējams izpatikt Dievam, un bez kā, lai ko mēs ar darīsim, būs tikai grēks, patiesi, pati tā ir Dieva taisnība, proti, caur ko Dievs taisno.

Aiz jūda un grieķa, abiem, ir ietverta jūdu tauta, proti, arī pagāni. Vispirms, kā atzīmē Erasms, šajā vietā svarīgākais ir tas, ka Kristus ir apsolīts jūdiem, un no viņiem arī izies pestīšana. Bet grieķi citu pagānu priekšā bija apgaismotāki gudrībā.

Dieva taisnība atklājas caur evaņģeliju divos veidos: vispirms, kad Dievu paziņo taisnu savos apsolījumos, kad dod caur Kristu ticīgajiem visu, ko kādreiz tēviem un praviešiem solīja; pēc tam, kad bez nopelna taisno grēcinieku, proti, tikai caur ticību, bez jebkādiem darbiem dod grēku piedošanas dāvanu, un piešķir taisnību, lai mēs nebalstītos savā taisnībā, kas ir kā sievas menstruāciju noķēpātas drānas, bet tajā, ko Dievs caur Kristu dod, kā saka arī citur: Lai es šeit atrastu, ka neesmu ar savu taisnību, kas seko no likuma, bet ar to, kas no ticības Jēzum Kristum.

Tas ir, no nepilnīgas ticības uz pilnīgāku. 2. korintiešiem 3. No slavas uz slavu. Psalmā 83. No spēka uz spēku. Jo nemitīgi caur evaņģeliju pieaug mūsu ticība, kamēr izaugam par pilnīgu vīru. Jo nav svētīgi tie, kas ir sāti, bet kas slāpst un izsalkuši pēc taisnības, kas ceļas no ticības.

To var izteikt divējādi. Vai nu taisnais dzīvos no ticības, tas ir, iegūs dzīvību nevis pēc saviem darbiem, bet uzticoties dievišķajiem apsolījumiem, un Dievā ne sevī balstoties. Vai arī taisns ne no darbiem, no kā neviens netiek taisnots Dieva priekšā, bet ticībā uz Kristu, kas ir likuma piepildījums visiem ticīgajiem taisnībai. Tā es saku, taisnais dzīvos, proti, iegūs dzīvību. Jo tā Dievs mīlēja pasauli etc.

Pirms Kristus evaņģelija iznākšanas priekšā vien pie jūdiem šķīta plosāmies dievišķā atriebība, kuru šeit pēc ebreju paraduma sauc par Dieva dusmām. Bet tagad no evaņģelija pasludinājuma atklājas, ka Dievs pret visiem vienāds, ka visi

colentes, amantes, dulcique affectu erga se propensos (haec enim omnia impietatis vocabulum complectitur) damnatum, vel pios et fideles servatum.

[1:18b] Qui veritatem in iniustitia detinent

Sentit Apostolus veritatem dei a philosophis, adeoque omnibus hominibus, cognitam quidem esse, quantum humano ingenio sciri de ea potest, sed illi eam ad iniustitiam accommodarunt, dum deo, ob eam gratias non egerunt, sed sibi tantum inde placebant, et apud sese turgebant ingenio ac industriae suae tribuentes, quod deo acceptum ferri oportuit. Metuendum proinde et nobis, ne si deus gentes, quod se cognito gratias non egerunt, tradidit in mentem reprobam, ut monstra illa peccatorum patrent quae infra recenset, si Iudaeos tanta caecitate percussit, quod Christum tot saeculis expectatum non reciperent. Metuendum inquam et nobis, ne forte et nos tanta caecitate simus percussi, qui eum susceptum, adeoque professum tam turpiter longo tempore reiecimus, per verbum suum abominatione desolationis in eius locum substituta. Agit autem nunc apostolus primum contra gentes, ut postquam sibi illas ob oculos posuerit, et reas coram deo ostenderit, divinae gratiae per Christum fiant appetentiores.

[1:19] Quod de deo cognosci potest

Ratio est superiorum. Deus enim quamvis per se incomprehensibilis sit, nec humanum ingenium, per se, valeat ad eum pertingere, potest tamen ex mundo hoc tam mirifice condito, ac tot saeculis administrato, quod sit agnoscere, Coeli enim enarrant gloriam dei. etc.

[1:22] Stulti enim facti sunt

Philosophi, ac mundi sapientes pollicebantur sibi supremam sapientiam, sed frustrati sunt optatis, dum relicto sapientiae fonte deo, et luce mundi Christo in physicis, et mundanis versutiis tantum nugati sunt, et neglecto creatore Opt. Max. creaturis se tantum oblectarunt, cum in illis non consistere, sed per illas ad conditorem ipsum usque progressum oporteat. Proinde cum se crederent sapientes stulti facti sunt, An non ingens stultitia incomprehensam, et immensam dei maiestatem, cui coelum sedes est, terra autem scabellum pedum eius, qui coelum, et terram implet, cuius maiestate pleni sunt coeli, et terra, in quo vivimus, movemur et sumus, eam inquam simulachro, et idolo, non tantum hominis morti

cilvēki viņam rūp, bet viņš¹⁹ vai nu bezdievjiem, proti, neuzticīgajiem, kas nebijājas viņu, kas nepielūdz, kas nemīl, kam nav mīļa nosliece uz viņu (šeit var visus bezdievības vārdus ietvert), paredzēja bojā eju, bet godbijīgos un uzticamos saglabājamus.

Apustulis domā Dieva patiesību no filozofiem kā arī no visiem cilvēkiem kaut kā atzītu esam, par cik ar cilvēcisku talantu var to izziņāt, bet viņi izkārto to uz netaisnību, kamāk Dievam par šo žēlastību nepateicas, bet tikai sev izpatīk un pie sevis uzkurbulējas par savu talantu un centību, ko pieņemt vai nepieņemt bija jābūt Dieva ziņā. Tādēļ ir jāuzmanās arī mums, kā Dievs pagānus, kas viņu pazīstot viņam nepateicās, to attiecināja uz viņu nepilnīgo prātu, lai skaidri rāda tā apgrēcīgā negantība, par kuru zemāk runā, ja jūdus ar tādu aklumu sita, ka Kristu, kuru gaidīja tik ilgu laiku, neuzņēma. Es saku, ka arī mums ir jāuzmanās, lai gadījumā arī mēs netiktu sisti ar aklumu, kas viņu pieņēmuši, un arī pasludinātu tik ilgu laiku, zemiski atmestu, ar savu pašu vārdiem izpostīšanas negantību viņa vietā noliktu. Bet apustulis vispirms vērsas pret pagānu tautām, lai pēcāk tās liktu sev acu priekšā, un tās kā grēcīgas Dieva priekšā parādītu, lai tās tiecoties caur Kristu pēc dievišķās žēlastības kļūtu dedzīgākas.

Saprāts pieder pārākajiem. Dievs, lai arī sevī neapverams, līdz kuram cilvēcīgās spējas caur sevi nevar aiztiekties, tomēr var panākt no šīs pasaules, kas tik brīnumaini radīta, un tik laikmetu pārvaldīta, ka viņu atzīst. Jo, debesis daudzina viņa slavu. etc

Filozofi un pasaules gudrie solīja sev visaugstāko gudrību, bet tika savu vēlmju maldināti, kamēr, atmetuši gudrības avotu Dievu un pasaules gaismu Kristu, tikai miesiski un pasaulīgiem niekiem aizņēmti, un noniecinot radītāju, Vislielāko un Vislabāko, tikai ar radībām sevi ielīksmoja, kad vajadzēja nevis pastāvēt tajās, bet griezties atpakaļ pie paša radītāja. Tādējādi, kamēr sevi pašus ticēja gudrus esam, tapa stulbi. Vai tad nav milzīga muļķība neapveramo un milzīgo Dieva majestāti, kuram debesis ir sēdeklis, bet zeme ir kājpaliknis, ar kuru debesis un zeme ir piepildīti, ar kura varenību pilnas ir debesis, un zeme, uz kuras dzīvojam, kustamies un pastāvam, to, es jautāju, ticēt tikt apveramu ne tikai ar nāvei pakļautā

¹⁹ Dusmu Dievs

obnoxii, verum etiam pecudum, et volatiliū credere comprehendī. Similis amentia coepit hodie eos, qui in diversis locis, diversos divulos invocant, et mortuas imagunculas credunt divinae gratiae capaces, quam sola viva, et ad dei imaginem condita mens, capere poterit humana, vide Sapient. 13.14. et Baruch. 6. capitibus. Breviter vero, ne cum Origene, et aliis in solos philosophos clamemus. Sapientia mundi est dum non quaeris dei voluntatem, sed sequeris tuam rationem in rebus salutis, tuam bonam intentionem et id quod tibi rectum videtur, quod prohibet lex. Hinc et hodie est omnis illa idololatria, qua fidimus nostris operibus et iustitiae contra primum praeceptum, id quod est agere absque fide. Hinc non mirum si et nos traditi sumus in reprobam mentem.

[1:23a] Mutaveruntque

Non ita accipiendum, quod re vera dei maiestatem in imagunculam hominis caeterorum mutarint cum ille dicat: Ego dominus non mutor, sed quod aliter de ea senserint, ac oportebat, Cum illa re corporea effingi non possit, sed pura mente sit contemplanda, et veneranda.

[1:23b] Immortalis dei

Deus solus natura immortalis est, cum vita sit. Hinc regem immortalem dicit eum alibi, solumque eum habere immortalitatem natura, quam angeli, et sancti ex eius habent gratia.

[1:24] Quapropter tradidit illos

Dicitur hoc loco deus in foedas cupiditates contemptores sui tradidisse, quemadmodum infra Pharaonem et excitasse, et indurasse. Simile in Psal. Et non audivit populus meus vocem meam, et Israel non intendit mihi, et dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis, Annotabis etiam ex hoc Apostoli loco, quid valeat liberum, quod aiunt arbitrium, nisi divina ope fulciatur, Nempe peccare, et in omne turpitudinis genus prolabi. Ut verissimum sit, quod dominus ait: Perditio tua ex te Israel, tantum in me auxilium tuum.

[1:25a] Mendacio

Sensus est: Id quod vere deus est (quem nisi esse intellexissent idola commenti non fuissent) tribuerunt

cilvēka, bet arī dzīvnieku un putnu tēliem un dievekļiem? Līdzīgu neprātu šodien sāk tie, kas dažādās vietās dažādus dieviņus piesauc un nedzīvus dievekļu tēlus tic spējīgus satvert dievišķo žēlastību, kad tikai dzīvs un pēc Dieva līdzības radīts prāts iespēj satvert cilvēkam piešķirto, skaties Gudrības. 13.14 un Baruka 6 nodaļās. Īsumā, neklaigāsim kopā ar Origenu, un citiem, kas tikai filozofijā spējīgi. Tā ir laicīgā gudrība, kamēr tu nemeklē Dieva gribu, bet dvēseles glābšanas lietās tu vadies no sava prāta, tava labā nodoma un ko tu atrodi par labu, bet likums to aizliedz. Tādēļ arī visa tā šodienīgā elkdievība, kad mēs uzticamies saviem darbiem un taisnībai, kas ir pret pirmo bausli, kas ir - atmest ticību. No šejienes nav brīnums, ka arī mēs nododamies nepilnīgajā un atraidītajā prātā.

Ne tā ir jāpieņem, ka Dieva majestāti cilvēciskajā dieveklītī patiesībā apmaina ar ko citu, kad saka: Es esmu Kungs, kas nemainās²⁰, bet pavisam ko citu lai viņi domā, kas būtu vajadzīgs, ja jau ar šo miesisko ķermeni to izdomāt nevar, kas ar tīru prātu ir apdomājams un godājams.

Dievs vienīgais pēc dabas ir nemirstīgs, jo ir dzīvība. Tā par nemirstīgu ķēniņu sauc viņu citur, un vienīgi viņš no dabu ar nemirstību, kuru eņģeļi un svētie iegūst caur viņa žēlastību.

Šajā vietā ir teikts, kā Dievs pieķer savus nicinātājus nešķīstos centienos kā pie faraona, gan satraucoties, gan nocietinoties. Līdzīgi Psalmā.²¹ Un neklausījās mana tauta manā balsī, un Israēls pameta mani un es viņus atlaidu pēc viņu sirds alkām, tie aizies savās izdomās. Tu ievērosi arī no šīs Apustuļa vietas, ko iespēj tā sauktā 'brīvā griba', kas ved tikai grēkos un kaunā, ja tā nebalstās uz Dieva žēlastības. Kā vispatiesāko Kungs saka: Tava pazudināšana no tevis, Israēl, tikai manī tev palīdzība.

Tas nozīmē: To, kas patiesi ir Dievs (ja to saprastu mānekli esam, blēdības nebūtu), viņi piešķir cilvēkam. Otrādi, kas nav Dievs, bet blēdība, kādi ir dievekļi, to piedēvē Dievam.

²⁰ Mal. 3:6 "Jo Es esmu Tas Kungs, un Es nepārveidojos, un jums, Jēkaba bērniem, vēl nebūs būt pagalam.

²¹ Psal. 81:11-12 11 Es esmu Tas Kungs, tavs Dievs, kas tevi izvedis no Ēģiptes zemes. Atplet savu muti, lai Es to piepildu! 12 Bet Mana tauta neklausīja Manu balsi, Israēls Mani negribēja.

homini. Econtrario quod non est deus, sed mendacium, qualia sunt simulachra, tribuerunt deo.

[1:25b] Amen

Hebraica vox est, quae significat id, quod nobis verum, et est acclamationis loco in fine precationum, ab ecclesia usurpata. Proinde precationes ecclesiasticas tales esse oportuit, quibus vulgus Ἀμήν acclamare posset, ut docet Apostolus. Nunc pauci sacrificuli, iidemque conducticii id faciunt perinde, ac si ipsi soli essent ecclesia, nec tamen saepius ipsi intelligentes, aut quid praecentur aut ad quid respondeant, sed tantum incondito et asinino boatu derudentes. Divus Hiero. ad Marcellam dicit, septuaginta hanc vocem reddere graece, Γενήτω, id est, fiat. Aquilam, Πεπιστωμένως, id est, fideliter.

[1:27] Et praemium quod oportet

Graece autore Eras. Ἀντιμισθίαν, quod repensationem sonat. Sunt enim quaedam flagitia eiusmodi, ut non solum ipsa sint scelera, verumetiam scelerum paenae.

[1:28a] Ut deum agnoscerent

Cognoscere est intelligentis, agnoscere grati ac memoris. Nam ingratus novit beneficium, verum dum dissimulat se debere, non agnoscit, autore Eras. Rot.

[1:28b] In reprobam mentem

Reproba mens est, quae bonum malum, et malum bonum iudicat, honestum turpe, et econtrario, de quo Esa. Vae qui dicitis bonum malum, et malum bonum, ponentes tenebras lucem, et lucem tenebras.

Caput II

[2:1a] Quapropter inexcusabilis es o homo etc.

Prosequitur Apostolus argumentum qui cum velit ubique fructum facere, atque omnibus se debitorem exhibere, vertit se ad hypocritas Iudaeos, et ne gentes, quae lege dumtaxat, et dono naturae abusus, ac propterea per tot portenta flagitiorum delapsae a resipiscendi, ac salutis fiducia deterrere videatur, ostendit quoque Iudaeos legem scriptam sibi quae divinitus datam praevericatos esse, promissionesque ipsius dei, certiss. adeoque, et haereditario signo roboratas contemptui habuisse, legemque ipsam esse quoddam spirituale, viresque humanas vincere.

Ebreju valodā vārds nozīmē, kas mums ir ‘patiesī’, un ir piebalsojams lūgšanas beigās, ko lieto draudzē. Tādēļ baznīcas lūgšanām jābūt tādām, kurās tauta var pieskandināt Ἀμήν, kā māca Apustulis. Tad nu daži garīdznieķeļi, un to pašu arī tirgonīši dara tā, it kā paši būtu baznīca, bieži nedz paši saprotot, ko lūdz vai ko atbild, bet tikai rupjā un ēzeliskā izblāvienā piebaurojot. Dievišķais Hieronims ad Marcellam saka, ka septuagintā šo izsaucienu tulko grieķiski Γενήτω, tas ir, ‘lai notiek’. Aquila saka Πεπιστωμένως, tas ir, ‘uzticami’.

Grieķu valodā, pēc Erasma, Ἀντιμισθίαν, kas izklausās pēc atmaksas. Tas ir kas līdzīgs kauna lietām, tā ka ne tikai pašas ir noziegumi, bet sodi par noziegumiem.

Saprast pienākas gudrajam, bet atzīt pateicīgajam un atminīgajam. Jo nepateicīgais zina labumu, bet kamēr tēlo par to nebūt parādā, to atzīt negrib, saskaņā ar Roterdamas Erasmu.

Nosodāms ir prāts, kas labu ļaunu un ļaunu labu spriež, godīgu bez goda un otrādi, par ko Jesaja: Vai! tiem kas sakāt labu ļaunu un ļaunu labu, saucot tumsu par gaismu, un gaismu par tumsu.²²

Otrā nodaļa

Apustulis argumentē, gribot visur būt auglīgs un visiem būt par skaidrotāju, un pievēršas nevis pagāniem, bet mēlnesīgajiem jūdiem, kuri ne mazāk kā ar likumu un neizmantotajām dabīgajām dāvanām un tamdēļ ar nelietību tik lielu nesamo noslīdējuši no atgūšanās, un šķiet atmetuši palāvību pestīšanai, kas arī rāda, kā jūdi pārkāpuši tiem uzrakstīto un dievišķi nodoto likumu un nonicinājuši paša Dieva dotos apsolījumus, kas ar visdrošāko un mantojumā nododamo zīmi nostiprināti, bet pats likums taču ir garīgs, kas pārspēj cilvēciskos spēkus.

²² Jes. 5:20 Bēdas tiem, kas ļaunu sauc par labu un labu par ļaunu, kas tumsību tur par gaismu un gaismu par tumsību, kas rūgtu dēvē par saldu un saldu par rūgtu!

[2:1b] Qui iudicas

Non sic accipiendum est, quod omnis, qui iudicet, sit coram deo inexcusabilis, alioqui quid est, quod dominus ait: Nolite secundum faciem iudicare, sed iustum iudicium iudicate. Et magistratus constitues in omnibus portis tuis etc. Sed quis inexcusabilis sit alium iudicans, subiungens indicat. Nimirum qui eadem facit flagitia, ob quae alium condemnat, facit inquam affectu, etiam si non opere, vel qui assentitur his, qui ipsa scelera committunt, assentitur inquam affectu, opusque externum iudicans, putat se deo perinde atque homini illudere posse.

[2:1c] Teipsum condemnas

De se sententiam pronunciat, qui alterum punit, ob ea quae ipse committit. Quemadmodum scribae et pharisaei interrogati a domino, quid facturus esset dominus vineae sceleratis agricolis, seipsos condemnarunt malos, inquietos, male perdet. Dicit autem haec Apostolus, ut nos ipsos nobis ob oculos ponat, adeoque in nostri cognitionem adducat. Nempe coram deo nos innoxios non esse, etiam si praedicta flagicia opere non commiserimus, si affectu ad ea sumus propensi. Nam iuxta opus externum non iudicabit nos dominus. Sunt autem affectu ad ea propensi omnes homines, quotquot gratia dei per spiritum fidei non eripiuntur.

[2:2] Secundum veritatem

Humanum iudicium multa fallunt, et corrumpunt, ut munera, quae excaecant oculos iudicum, et mutant causam iustam: Item adulatio, personarumque respectus. Dei autem iudicium nihil fallit, qui non secundum visionem oculorum, nec iuxta aurium iudicium iudicat, sed iudicat in iustitia, et aequitate, ex abditissimis humani cordis affectibus, Ut reus coram eo sit non tantum, qui malum fecerit, sed et qui cupierit.

[2:3] Suffugies

Quasi diceret minime, Scriptum est enim, Non est, qui manu mea possit eruere. Et omnes vos sisti oportet ante tribunal Christi, ut accipiat quisque prout gessit in corpore, sive bonum, sive malum.

[2:4a] Divitias boni

Divitiarum vocabulo delectatus est Paulus, utiturque eo frequentius, quoties ingentem rei copiam, et vim, vult intelligi.

Ne tā būtu pieņemams, ka katrs, kas tiesā, būtu Dieva priekšā nevainojams, jo vai citādi Kungs sacītu: netiesājiet pēc vaiga, bet taisnu tiesu tiesājiet. Un iecel pārvaldniekus visās vietās, etc. Bet kurš it kā nevainojams citu tiesā, publiski atzīst to pašu darījis, ko tiesājama. Bez šaubām, kurš to pašu negantību dara, par kuru citu notiesā, saku, dara to domās, pat ja ne darbos, vai, kas piekrīt tiem, kas pašu noziegumu izdara, bet, kā es saku, piekrīt domās, ārējo darbu tiesājot, domā sevi spēt Dievu tāpat kā cilvēku piemānīt.

Par sevi tiesu spriež, kas citus soda par to, ko paši ir nodarījuši. Līdzīgi kā rakstu mācītāji un farizeji, kad Kungs tiem jautā, ko darīs Kungs tiem, kas noziedzās pret vīna kalna strādniekiem, paši sevi notiesāja par ļaunajiem, sacīdami, ka ļaunais ies bojā. Bet šeit Apustulis saka, sevi pašus lai mēs liekam acu priekšā, un tādējādi atved mūsu apziņas priekšā. Patiesi, Dieva priekšā mēs nevainīgi neesam pat ja darbos nosaukto nelietību mēs nebūtu pastrādājuši, bet nosliecīgi uz to domās. Jo nevis pēc ārējā nodarījuma Dievs mūs tiesās. Bet domās uz tamlīdzīgu ir nosliecīgi visi cilvēki, tiekams Dieva žēlastībā ticības garā netiek izglābti.

Cilvēcisko tiesu daudz kas maldina un samaitā, kā dāvanas kas dara aklas tiesnešu acis un sajauc patieso lietu: tā arī pielīšana, skatīšanās pēc personas. Bet Dieva tiesu nekas nepiemāna, kurš nevis pēc acīm skatāmā, nedz pēc ausīs dzirdamā, bet tiesā taisnīgi un vienlīdzīgi visiem pēc visapslēptākajiem cilvēka sirds nodomiem. Ka vaininieks viņa priekšā ne tikai tas, kas ļaunu dara, bet arī kas iekāro.

It kā maz pasaka, jo ir jau rakstīts, Nav neviena, kas no manas rokas varētu izglābt.²³ Un visiem jums būs jāstājas Kristus tiesas priekšā, ka katrs saņem miesā ko darījis, vai nu labu, vai ļaunu.

Bagātības vokābuli Pauls lieto ļoti labprāt un bieži, cik reiz grib saprastu tikt milzīgo kādas lietas daudzumu un spēku.

²³ 5Moz.32:39 Nu redziet, ka Es, Es tas esmu, un nav neviena dieva, vienīgi Es! Es nonāvēju, un Es daru dzīvu, Es ievainoju, bet Es dziedinu, un nav glābēja no Manas rokas!

[2:4b] Ad poenitentiam

In Graeco est, *Μετάνοιαν*, quod verti poterat, Resipiscentiam, Nam *Μετανοεῖν* est resipiscere, quod post admissum scelus, sentiamus nos deliquisse.

[2:5] In die irae

Tribus modis signavit diem domini formidabilem impiis. Irae, inquit, quod tum misericordiae locus non erit, quam modo quaesitum oportuit. Iam enim tempus acceptabile, iam dies salutis, Revelationis, id enim indicat, patefiet, quod omnia nuda erunt, quae nunc latent. Et iusti iudicii, quod recte pro cuiusque meritis pronuntiabitur.

[2:7] In benefaciendo

Ex hoc loco, et Ioan.5. procedent, qui bona fecerunt etc. argumentum sumunt operarii, sed scriptura non iuxta externum specimen, sed operantis affectum metitur opera, quo nemo potest bonum facere, nisi ipse prior sit bonus, iuxta illud: Arbor bona facit fructus bonos. Et ita opera non faciunt bonum, sed bonus facit bona opera. Boni autem effimur per lavacrum regenerationis, et renovationis spiritus sancti, quem effundit in nos opulente deus.

[2:8a] Sed obtemperant iniustitiae

Potest iniustitiam eam dicere, qua capite superiori omnia illa viciorum portenta complexus est. Potest et iniustitia incredulitas intelligi illorum omnium fons et substantia. Iniustitia enim est dei promissis diffidere, cum ille iustificatur, id est, iustus fit in sermonibus suis, Econtrario, Omnis homo mendax.

[2:8b] Indignatio

Annota exaggerationem divinae vindictae in incredulos. Deinde animam dixit, ut non tantum corpoream, sed et internam poenam accipiamus.

[2:11] Personarum respectus

In Graeco una est vox, annotante Eras. *Προσωπολημψία* quae significat, cum huic magis favemus, quam illi non ob rei, sed personae discrimen. Id quod deus non facit, qui incredulum Iudaeum non servat, ob progenitorum praerogativam, nec credentem ethnicum aspernatur, ob avorum idolatriam, quia filius non portabit iniquitatem patris.

Griekiski tas ir *Μετάνοιαν*, ko var iztulkot kā saprātīguma atgūšanu, jo *Μετανοεῖν* ir atgūt saprātu, jo pēc nozieguma atzišanas mēs jūtam to kā zaudējuši.

Trīs veidos Kunga dienu bezdievjiem apzīmogoja kā briesmīgu. Viņš saka: Dusmu diena, jo tad vietas žēlastībai vairs nebūs, kā tikai prasītais tiks atprasīts. Jo laiks vēl pieņemams, vēl pestīšanas diena. Atklāsmes diena, uz ko norāda, kad atklāsies viss un būs atsegts, kas tagad apslēpts. Un taisnās tiesas diena, jo taisni par jebkura nopelnīto tiks pasludināts.

No šīs vietas un Jānis 5 izriet, kas labu ir darījuši, etc, arguments par labu darboņiem, bet raksti nemēra darbus pēc kāda ārēja parauga, bet pēc darītāja domām, jo neviens nevar darīt labu, ja pats iepriekš nav tapis krietns saskaņā ar šo: Labs koks dod labus augļus. Un tā cilvēku darbi krietnu nedara, bet krietns cilvēks dara labus darbus. Bet krietni topam caur atdzimšanas un svētā gara atjaunošanas mazgāšanu, ko bagātīgi mūsos izlej Dievs.

Par netaisnību var saukt to, kas augstākajā nodaļā²⁴ visu to netikumumu nastu ietver. Var arī ar netaisnību saprast neuzticēšanos, kas ir visu to avots un masa. Jo netaisnība ir nepaļauties Dieva apsolījumiem, jo viņš ir pārbaudāms, proti, taisns savos vārdos. Kam pretī ikviens cilvēks ir melis.

Ievēro te dievišķā soda pārspilējumu pret neticīgajiem. Visbeidzot par dvēseli saka, lai saņemam ne tikai miesisku bet arī iekšēju sodu.

Grieķiem ir viens vārds, *Προσωπολημψία*, pēc Erasma, kas nozīmē skatīšanos ar labvēlību, kad vairāk ņemam vērā personu, nekā tās rīcību. Tas, ko Dievs nedara, kas nesaudzē neticošo jūdu senču privilēģiju dēļ, nedz nonicina ticošu pagānu vectēvu dievekļu pielūgšanas dēļ, jo dēls nenesīs tēva apgrēcību.

²⁴ Augstprātīgā galvā ?

[2:12a] Quicumque enim sine lege

Lex duplex est. Naturae, quae ex aequo omnium mentibus est insculpta, quae est consilium conscientiae nostrae, quo recta, naturali instinctu, monentur: sine hac nemo rationis compos est. Altera est scripta, et per Mosen prodita, quae Iudaeos, praeter caeteros, tenebat obnoxios. Utraque autem viribus nostris maiora exigit. Semper enim nos alio abripit affectuum tyrannis, quam leges monent. Harum autem legum onus idcirco imposuit nobis deus, Ut quoniam redempturus erat genus humanum, per legem nos metipsos nobis ob oculos poneret, declararetque quales esse oporteat, ut dum impares legis exactionibus nos agnoscimus, quae est iugum importabile, ferventius, et libentius Christi gratiam amplectamur. Est autem Occupatio, qua respondet Iudaeis, legis divinae latae ignorantiam causantibus.

[2:12b] Iudicabuntur

Hinc ipse dominus. Nolite putare quod ego vos accusaturus sim apud patrem, Est qui accuset vos Moses in quo vos speratis.

[2:13] Non qui audiunt legem

Iam supradictum est legem suis conatibus neminem praestare posse ex corde, seu affectibus: quippe per quam tantum cognitio sit peccati. Credens autem ex toto corde in Christum iustus est ex fide. Quia corde creditur ad iustitiam, et iustus ex fide vivet. Credens enim spiritum iustificantem consequitur, qui affectus nostros immutat, ut legem praestemus, non per operum hypocrisin, sed ex affectibus, adeoque et corde, quia lex spiritualis est. Proinde nemo legem implet, nisi in Christum credens, qui est perfectio legis ad iustitiam omni credenti.

[2:15] Attestante eorum conscientia

Conscientia de omnibus nostris pronunciat, ac in hoc cum dei iudicio concordat. Nam, ut in officiis ait Ambrosius. Unusquisque sibi animum suum, severum sui iudicem, et ultorem criminis habet, Econtrario ipsa virtus per se pulcherrima merces.

[2:17] Ecce tu Iudaeus cogno

Hic apertius Iudaeorum, quemadmodum in praecedentibus gentium, supercilium deprimit apostolus, qui carnis nobilitate, et legis acceptae fiducia turgidi caeteras gentes,

Likums ir divējāds. Dabas likums, kas vienlīdz ir iegravēts prātos visiem, kas ir mūsu sirdsapziņas padoms, kas taisni ar dabisku dzinuli brīdina, bez kā nevienam prāta spēju nav. Otrais ir rakstītais un caur Mozu dotais, kurā jūdus turēja atbildīgus kā izņēmumu no pārējiem. Abi šie likuma veidi izdzen no mūsu spēkiem maksimumu. Jo mūs vienmēr aizrauj citāda tieksmju vara, no kā likumi brīdina. Tad nu Dievs mums uzlika šādu likumu nastu, jo gribēja glābt cilvēku cilti nākotnē, caur likumu noliekot mūs sev acu priekšā un paziņojot, kādiem mums vajadzētu būt, lai, kad atzīsim sevi neatbilstīgus likuma piedzītajām prasībām, kas ir nepanesams jūgs, dedzīgāk un mīļprātīgāk Kristus žēlastību apskautu. Bet ir iebildums, kas atbilst īpaši jūdiem, kas cēlies viņu aizmirstā dievišķā likuma nesaprašanas dēļ²⁵.

Šeit pats Kungs. Nedomājiet, ka es jūs apsūdzēju pie tēva. Ir kas apsūdzēs jūs, Mozus, uz ko jūs cerat.

Jau iepriekš tika sacīts, ka likumu ar saviem centieniem vai dziņām, proti, no sirds neviens piepildīt nevar, caur kuru tikai grēka atpazīšana notiek, bet ticošais uz Kristu no visas sirds ir taisns no ticības, jo ar sirdi tic uz taisnību, un taisnais no ticības dzīvos. Ticošais seko taisnojošajam garam, kas mūsu nodomus maina, lai mēs likumu piepildītu ne caur darbu divkosību, bet ar nodomiem, tāpat no sirds, jo likums ir saprotams garīgi. Tādējādi likumu neviens nepiepilda kā tikai Kristū ticošais, kurš pats ir likuma pilnība, kas vērsta uz taisnību katram ticošajam.

Sirdsapziņa par mums visiem paziņo un ar Dieva tiesu tā ir saskaņā, jo, kā Ambrosijs saka De officiis²⁶: Ikviens tur sevī savu sirdsapziņu, bargu sevis tiesnesi un nozieguma atriebēju. Nu otras puses tikums pats sevī ir visskaistākā dāvana.

Šeit apustulis atklātāk nosoda jūdu kā pagānu priekšteču augstprātību, kas ar miesīgo izredzētību un likuma iegūšanas paļāvībā citas tautas salīdzinājumā ar sevi uzpūtīgi bezmaz par

²⁵ Jūdi aizmirsuši likuma dievišķumu.

²⁶ Ambrosijs. De Officiis (ap 389.), pēc Cicerona tāda paša nasaukuma darba, ecole.evansville.edu/articles/officiis.html

prae se, vix homines dicebant. Ostendens haec duo deteriore illorum caussam, apud deum iudicem factura, nisi et legis praescripta ex corde praestiterint. Primum quod ex bonis, et piis progenitoribus prodierint mali, Insuper et lege dei instructi, peccata non caverint, nempe suis conatibus, non gratia dei freti, Iudaei autem primum dicti sunt ab Heber, hebraei. Deinde ab Israēl, id est, Iacob, Israēlitae. Tandem ab Iuda, uno ex duodecim fratribus, Iudaei dicti sunt, sonat autem confidentes seu confessores.

[2:20] Habentem formam cognitionis

In Graeco est, annotante Eras. *μόρφωσιν*, quod valet quasi dicat instituendi formam ac rationem, quam aliis praescribas, Ut sunt et hodie, qui profitentur se formare conscientias singulorum posse, Nam his verbis delectantur quidam non theologi, sed *ματαιολόγοι*, id est, vaniloqui, aut stultiloqui, *μάταιος*, id est, vanus, itidem et Iudaei sibi placebant, quo proselytis veluti stupidis, formam vitae praescriberent. Contra hos, tanquam pestilentissimum genus hominum (quod nihil aliud agat, quam ut a lucis, et vitae fonte Christo abducatur, adeoque furetur, et mactet animas imperitorum) depugnauerunt strenuissime apostoli, adeoque ipse Christus, et ab eis maxime cavendum esse, vel illud documentum esto, quod divus Evangelista de Ioanne, qui erat lucerna ardens, et lucens, quo maior inter natos mulierum non surrexit, ait. Non erat ille lux, proinde meminimus unum Christum lucem esse mundi, adeoque innocentiae scopum omnibus a patre praefixum.

[2:22] Qui execraris simulachra

Idolatriam committimus non tantum dum ante Idolum procumbimus, verumetiam dum rem quancumque creatam deo praeferimus. Quemadmodum avarus Idolatra dicitur a Paulo. Et alias ventrem nonnullorum dicit esse deum. Idolatrae etiam sunt, quicunque a Christo populum abducunt ad suas factiones, et opera sua iactant, piisque salutem pollicentur, impudentissime solius Christi officium sibi usurpantes, adeoque in nomine eius venientes, Et cum unus sit iustitia sanctorum Christus, ipsi ei hunc honorem furantes, suae factioni tribuunt, in maximam Christi contumeliam. Breviter Idolatria est in aliud fidere quam in deum.

[2:24] Nam nomen dei

Testimonium hoc alii ex Esaia.53. alii ex Ezechiele.36. desumptum putant.

²⁷ Proti, likuma saņemšanu no Dieva.

²⁸ Heber ebr. *pāriet, šķērsot*

cilvēkiem neuzskatīja. Rādot šo divu viņu sliktāko lietu²⁷, Dieva priekšā grib tiesnesi taisīt no sevis, ja vien likuma priekšrakstu no sirds tie būtu piepildījuši. Vispirms jau samaitāti, jo no labiem un godbijīgiem senčiem cēlušies un, Dieva likumā apmācīti, no grēkiem nevairījās, bet, lūk, saviem pūliņiem, ne Dieva žēlastībai paļāvīgi. Bet jūdi iesākumā tika saukti no 'Heber'²⁸ Hebraji. Pēc tam no Israēla, proti, Jēkaba, saucās israēlieši. Beidzot no Jūdas, viena no divpadsmit brāļiem, saucas jūdi, bet skan kā pašpārliecināti vai atzinēji.

Grieķu valodā vokābulis *μόρφωσις*, pēc Erasma, kas gluži kā spēj noteikt saprāta veidošanas formas, kādas citiem būtu jālieto, kā notiek arī šodien, kad kādi pasludina sevi spēt veidot citu cilvēku apziņu, jo, kas ar šādiem vārdiem iepriecinās, nav teologi, bet *ματαιολόγοι*, tas ir, niekkalbji, vai muļķību runātāji, jo *μάταιος*, tas ir, tukšs, tāpat arī kā jūdi sev izpatika, kad prozelītiem gluži kā muļķiem priekšrakstīja dzīves formu. Pret viņiem kā pret cilvēku vismēriskāko dzimumu (kuri neko citu nedara, kā no Kristus, gaismas un dzīvības avota aizvilina, tādējādi apzogot un nogalinot nepieredzējušo dvēseles) karoja visnežēlīgākā veidā apustuļi, kā arī pats Kristus, un no viņiem visvairāk ir jāsarģās, jebšu lai šis ir par liecību, ko dievišķais evaņģelists saka par Jāni, kurš bija degoša lāpa, un gaismu dodošs, par kuru lielāka no sievas nav dzimuša. Viņš nebija gaisma, tādēļ lai tikai Kristu vienu atceramies pasaules gaismu esam, un tādēļ nevainības mērauklu nostiprinātu no tēva visiem.

Elkus pielūdzam ne tikai, kad elku priekšā krītam ceļos, bet arī kad jebkurai radītai lietai dodam priekšroku salīdzinājumā ar Dievu. Tāpat par elku pielūdzēju runā Pauls kā alkatīgu. Un citur viņš vēderu kādiem cilvēkiem sauc par viņu dievu. Elku pielūdzēji ir arī tie, kuri tautu no Kristus aizvilina uz savām sektām, un ar saviem darbiem lielās, un svētulīgajiem sola pestīšanu, kas bezkaunīgi tikai Kristus iespējās esošo uzurpē sev tā, it kā viņi būtu nākuši Kristus vietā. Un, lai gan tikai Kristus vienīgais ir svēto taisnība, šo godu laupīdami, viņi savām sektām to piedēvē, darot vislielāko apkaunojumu Kristum. Īsumā sakot, elkdievība ir uzticēties jebkam citam nevis Dievam.

Šo liecību daži domā ņemt no Jesaja 53, bet daži no Ecekiēla 36.

[2:25a] Nam circumcisio quidem prodest

Sensus est esse circumcisum, et Iudaeorum prodiisse prosapia, ex qua salus est, valet quidem, quantum ad generis attinet praerogativam, si in Christum (qui finis est legis, adeoque legem solus implevit, quia peccatum non fecit, et ad quem lex ceu paedagogus ducit) credas, Quod si in Christum non credideris, cuius fide Abraham iustificatus est, peior es ethnico. Prodest autem circumcisio non ad salutem vel iustificationem consequendam, quam fides confert, sed ad generis praerogativam, qua tuebant Iudaei. Alioqui nec praeputium, nec circumcisio valet in Christo, sed nova creatura.

[2:25b] Praeputium

Cutis est membri genitalis, quam praecidebant Iudaei cultro petrino, in symbolum venturi Christi, qui petra est secundum apostolum, quod ille per coelestem suam doctrinam, ac iustificantem spiritum, omnes noxios affectus, et in futura resurrectione omnem corruptionem a nobis esset amputaturus.

[2:26] Pro circumcisione imputabitur

Quasi diceret, utique. Nam Abraham credendo factus est iustus. Quicumque ergo ex fide sunt, hi sunt filii Abrahae, ut alibi ait.

[2:27] Qui per literam

Decalogum, eiusque externam simulationem accipe, quam alibi occidentem literam vocat, Eo quod nemo ex praeceptis dei servetur, cum a nemine impleantur, Quis enim implevit, Non concupisces? maledicti autem sunt qui a dei mandatis declinant. Et anima quae peccaverit morietur.

[2:28] Non is qui in manifesto Iudaeus

Iudaeus interpretatur confitens vel confessor, in manifesto ergo Iudaeum esse, est carne Iudaeum natum esse, quod deus non agnoscit. De Iudaeis in carne gloriantibus, Vos, inquiens, ex patre diabolo estis. Sed qui corde fide, affectibus deum confitentur, adeoque ex corde bonus est, is demum coram deo Iudaeus est. Similiter qui fide spiritum Christi consecutus, innovatus ac repurgatus a pravorum affectuum sordibus fuerit, is deo circumcisus est: Quod quia Iudaei non faciebant, sed carnali tantum circumcisione se venditabant, audiunt: Praecidite duritiam cordis vestri, id est, perfidiam. Et

Tas nozīmē, ka tev, apgraizītajam, kas tāds pēc jūdu cilts tradīcijas esi, caur ko pestīšana nāk, cerība, par cik tas attiecas uz cilts pilnvaru, ir spēkā, ja Kristū tici. (Jo Kristus ir likuma noslēgums, par cik likumu viens pats piepilda, jo viņš negrēkoja, un ir tas, uz ko likums kā παιδαγωγός²⁹ ved.) Tāpēc ja Kristū neticēsi, ar kura ticību Ābrahāms tika taisnots, būsi sliktāks par pagānu. Tāpēc apgraizīšana noder nevis pestīšanai, vai taisnošanas iegūšanai, ko pienes ticība, bet cilts izredzētībai, ar kuru dižojas jūdi. Tādējādi nedz priekšāda, nedz apgraizīšana ko iespēj Kristū, bet jauns radījums.

Dzimumlocekļa priekšādu jūdi nogrieza ar uzasinātu akmens nazi, lai simbolizētu Kristu, kam jānāk, jo saskaņā ar apustuli tas ir akmens³⁰, ar ko viņš nocirtīs no mums nākamajā augšāmcelšanā visus noziedzīgos dzinulus un visu samaitātību caur savu Debesu mācību un taisnojošo garu.

Patiesi it kā tā sacītu. Jo Ābrahāms ticībā tika taisnots. Tādējādi ikviens, kas tic, ir Ābrahāma dēls, kā citur saka.

Dekalogu ar tā ārēju it kā pildīšanu uzskati par nokaujošu burtu, ko citur tā arī sauc: Tādēļ ka nevienu Dievs nesaudzēs dēļ baušļiem, pie kam neviens tos nevar izpildīt. Pat ja kāds izpildītu, vai tad neiekāro? Bet ir nolādēti, kas no Dieva pavēlēm novēršas. Un dvēsele, kas būs grēkojusi, ies bojā.

Jūds šeit izprotams kā atzīstošs vai likumdevējs, sludinošs (savu izredzētību), jo atklātībā jūdam būt nozīmētu miesā būt jūdam no dzimšanas, ko Dievs nepazīst.

Par jūdiem, kuri miesā tādi dižojas esam, saka, Jūs no tēva sātana esat. Bet tas, kurš sirdī ticībā Dievu savās domās atzīst, tāpat arī sirdī ir labs un beidzot Dieva priekšā ir jūds. Līdzīgi, kurš ticībā Kristus garam seko un tiks atjaunots un arī šķīstīts no ļauno noslieču netīrumiem, būs Dievā apgraizīts. Tieši to jūdi nedarija, bet dižojās tikai ar miesīgo apgraizīšanu, tāpēc viņi dzird: Apgraiziet savas sirds apcietinājumu, proti, savu

²⁹ Παιδαγωγός, gr.val. vergs, kurš ved bērnu uz skolu

³⁰ Πέτρα gr.val. klints

omnes gentes incircumcisae carne, Domus autem Israël corde. Hinc et Stephanus in Actis: Dura, inquit, cervice, et incircumcisis cordibus et auribus. Econtrario de fidelibus Paulus: Nos, inquit, sumus circumcisio, qui spiritu servimus Deo.

Caput III

[3:1] Quid igitur habet etc

Obiectionem diluit, quae poterat facta fuisse, si omnis salutis spes a fide in Christum pendet, nec in gratia Evangelii praestat Iudaeus ethnico, quid profuit Iudaeis fuisse circumcisos, et ex Abraham stirpe prognatos, quam ita obscure diluit per longum Ὑπερβατόν, (quod nos dicere possumus transgressionem, orationis genus, quando supra communem dictionis modum, sententia in longum procurrit, nec intra naturae fines conclusa tenetur, id quod ex affectu insigni, et uberi frequenter solitum est fieri ab apostolo) ut interim per digressionem alteram immisceat, priusquam unam hanc caeptam absolvat, quam repetens ostendit Iudaeos nihil meliores esse gentibus, cum per divina eloquia, legem scilicet, et prophetas, nihilo sint gentibus incontaminatiores, quamvis in speciem legem simulaverint.

[3:2] Oracula dei

Hinc in psalmo, Qui annunciat verbum suum Iacob, Iustitias et iudicia sua Israël, Non fecit taliter omni nationi, et iudicia non manifestavit eis.

[3:3] Absit

Iepriekšējā nodaļā rakstīja: Ne tikai Ābrahāma dēļ ticību pierēķināmu taisnošanai, bet arī mūsu dēļ, ja tāpat kā viņš ticam. Tātad tieši no šīs ticības taisnotiem miers mums uz Dievu, zinot viņu mums samierinošu, nevis kā citiem sadusmotu, jo dara mūsu apziņu nomierinātu. Bet tas ir noslēgums iepriekšējam, ar ko māca mieru esam taisnības augli, tas ir, apziņas nomierinājumu.

No ticības tiekam taisnoti. Nav brīnums, ticot, ka Kristus dēļ mums ticīgajiem dāvināta grēku piedošanu, un arī viss kas mūsu Dievam pieņemams, ja vien mēs Kristum piederam un viņš ir mūsu. Lai tu ievērotu arī no šejienes, kā likumā vajag darboties.⁴⁶ Proti, ne lai Dievu sev samierinātu, lai tad taisnāks staigātu. Jo to tu ar ticību sasniedz. Bet itin kā caur labiem darbiem taisnu sevi paziņotu, kā nodaļā 6. Cilvēcīgu kaut ko

⁴⁶ 24 tēzēs šāds teksts, kas līdzinās šim fragmentam: Tādēļ arī tie labie darbi, ko dara ticība, nav domāti, lai ar tiem izpelnītos Dieva labvēlību, jeb lai sevi padarītu cienīgāku, jo tas jau ir sasniegts ar ticību, bet lai ar labiem darbiem sevi kā glābšanai gatavu parādītu un rādītu, ka ticība viņos ir dzīva un ka tie savam tuvākam tāpat mīlestībā kalpo, kā pats Dievs tiem caur Kristu ir palīdzējis, bet ne lai tikai mirušu domu parādītu, jo arī daimoni tic un trīc.

hoc est, ut ita proximo per charitatem servias, quemadmodum tibi per Christum deus consuluit, non mortuam opinionem ostendas, alioqui et daemones credunt et contremiscunt, Vera autem fides est, quae per dilectionem sese effundit in opera.

[5:2] Sub spe

Necdum enim cernimus, quod credimus, sed spe interim servati sumus, cum autem apparuerit, tunc similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est.

[5:3a] Nec id solum

Familiare est Paulo amplificationem per particulam, non solum, facere, Afflictiones pro Christo, fide robustis dulces sunt, quemadmodum de apostolis legimus, quod caesi ibant gaudentes a conspectu concilii. Per illas enim oportet nos ingredi in regnum dei, Et dominus beatos dixit ob iustitiam persecutionem patientes. Quanto enim plura patimur, tanto deo, hominibus, et angelis reddimur spectatiores, ut probatio fidei nostrae multo sit praeciosior auro, quod per ignem exploratur. Quoniam spectaculum facti sumus mundo, et angelis, et hominibus. His, ac similibus scripturarum testimoniis freti boni consulunt, quicquid inciderit afflictionum, scientes nihil obvenire sibi, nisi volente deo, paterno affectu illos prosequente. Hi tandem sunt, quibus denunciarunt angeli Εὐδοκίαν, id est, bonam voluntatem.

[5:3b] Scientes quod

Climax est, id est, gradatio.

[5:5] Porro spes

Pudfaceret nos spes in deum, si sperantes ille, vel non amaret, vel non exaudiret, spe siquidem tunc frustraremur inani. Nunc autem, cum amorem suum, erga nos, tantis argumentis ostenderit, nequaquam pudfacit nos spes, sed semper uberiora confert, quam petimus aut intelligimus, idque dum expedit. Est enim adiutor in oportunitatibus in tribulatione, ut habet psal.9, Quibus, inquires, argumentis? nempe quae subiungit, spiritu suo, quem credentibus communicat. Deinde quod unigenito suo non pepercerit, sed pro inimicis et peccatoribus in mortem tradidit. Quid tandem negabit, qui filium iam donavit? Proinde annota certissimum, et indubitatum Christiani pectoris signum, nempe spiritum sanctum conscientis nostris testimonium reddentem, quod simus filii dei suaque opera, id est, iustitiam, pacem, fidem

taču saku etc. Un lai dzīva ticība tevī būtu, tas ir, lai tuvākajam kalpotu mīlestībā tāpat, kā caur Kristu Dievs tev mācījis, lai nevis rādītu mirušo viedokli, kā citkārt arī dēmoni tic un dreb. Bet ticība ir patiesa, kas caur mīlestību izlīst darbos.

Mēs vēl neizšķiram, uz ko ticam, bet cerībā līdz šim esam saglabāti, bet kad viņš parādīsies, tad līdzīgi viņam būsīm, jo redzēsim viņu tādu, kāds viņš ir.

Zināms, ka Pauls mēdz lietot pastiprinājumu ne tikai atsevišķos gadījumos: Ciešanas dēļ Kristus ticībā stiprajiem saldas ir, kā lasām par apustuļiem, kad sisti gāja priecādamies visa sinedrīja priekšā.⁴⁷ Caur tām mums vajag ieiet Dieva valstībā, un Dieva svētīgus saka cietušos, kas dēļ taisnības vajāti. Jo vairāk ciešam, jo vairāk Dievam, cilvēkiem un eņģeļiem esam izskatīgi, lai mūsu ticības pārbaude būtu daudz dārgāka par zeltu, kas caur uguni tiek pārbaudīts. Tāpēc ka skatāmi esam pasaulei, eņģeļiem un cilvēkiem. Šo un līdzīgu rakstu vietu liecībās pašāvēģīgi krietni darbojās, cik vien arī saņemtu ciešanas, zinādami, ka nekas viņiem nenotiek kā vien pēc Dieva gribas, ja sekos tēvu piemēram. Viņi beidzot ir tie, par kuriem eņģeļi pasludina Εὐδοκίαν, tas ir, labo gribu.

Pakāpenisks pieaugums te redzams.

Mūs liktu kaunā cerība uz Dievu, ja ticot viņš vai nu mūs nemīlētu, vai neuzklausītu, cerībā mēs būtu tad apjukuši itin kā bez prāta. Bet tagad, kad viņa mīlestība pret mums tik daudz argumentiem ir parādīta, nekādā veidā mūs cerība kaunā neliek, bet kļūst aizvien daudz auglīgāka, kā varētu vēlēties vai aptvert, un tā, kamēr atbrīvo. Jo ir palīgs dažādās situācijās pie ciešanām, kā Psal. 9. Ar kādiem argumentiem, sacīsi? Vai tad ne ar to, ko pievieno ar savu garu, ko dod ticīgajiem? Beidzot, ka arī savu viendzimušo nepasaudzēja, bet par naidīgiem un grēciniekiem nāvē nodeva. Kas beidzot noliegs, ka savu dēlu ir dāvinājis? Tādēļ ievēro pavisam drošo un neapšaubāmo kristiešu krūts zīmi, patiesi, svētajam garam liecinot mūsu apziņās, ka esam Dieva dēli un viņa darinājumi, tas ir, ka taisnība, miers un ticība etc mūsos darbojas, un tāpēc

⁴⁷ Ac 5.41 et illi quidem ibant gaudentes a conspectu concilii quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati Tad viņi līksmi aizgāja no sinedrīja, ka bija atzīti par cienīgiem Viņa Vārda dēļ ciest negodu.

etc. in nobis operantem, adeoque clamantem, id est, nos clamare facientem, Abba pater. Proinde non satis est ut sciamus promissionis verba, sed oportet adesse nobis evangelistam spiritum qui infirmitatem nostram iuvet nosque de bona dei voluntate certificet, Idcirco alio in loco arrabonem haereditatis nostrae, vocat eum, quo obsignatae sunt conscientiae nostrae. Arrabo in contractibus, et conventionibus solet dari, ne postea contraxisse paeniteat, dirumpaturque contractus, Ita et nos, ut certi simus contractus salutis nostrae, cum deo initi, iam arrabonem spiritum tenemus, quem qui non habet hic non est eius, Proinde nihil agunt, qui in re quacunq̄ue externa christianismum ostentant, cum ille intus sit in spiritus innovatione.

[5:6] Christus enim

Argumentum est a maiori ad minus, quo pinguem illum, et ditiss. amorem, quo deus nos complectitur ostendit. Nam si ille pro impiis, et cupiditatibus suis, iuxta temporis rationem (alioqui enim ab aeterno sumus praesciti) servientibus, mortuus est quid pro credentibus, et iustificatis est facturus? Est enim Epilogi confirmatio, locus longe consolatorius.

[5:7] Pro iusto

Iusto, et bono non ad personam, sed ad rem referenda sunt, et neutro genere ipsam bonitatem, et iustitiam seu causam, vel occasionem moriendi bonam et iustam.

[5:9] Iustificati nunc sanguine

Sanguini Christi ubique tribuit apostolus remissionem peccatorum, ut hic. Et ad Ephe.1. Similiter ad Colos.1. ut conscientiae nostrae certae sint, de remissis sibi peccatis, cum sacratissimum domini testamentum, id est, *σύναξις* sumimus. Proinde male ab eo sumendo territamur illo apostoli, Probet autem etc. praesertim conscientiam exonerare cupientes. Nam ibi invidiae et fastus erga pauperes arguit Corinthios, quae vitia ex diametro pugnant cum charitate, cuius communio *σύμβολον* est.

[5:10a] Nam si

saucot, proti, mums liekot saukt, Abba tēvs. Tādēļ nav pietiekami, ka zinām apsolījuma vārdus, bet klātbūt vajag evaņģelizējošam garam, kas mūsu nespēkā nāk palīgā, un mūs par Dieva labo grību iedrošina. Tādēļ citā vietā to sauc par mūsu mantojuma ķīlu, ar ko apzīmogotas ir mūsu apziņas. Ķīlu mūsu līgumos un iekš vienošanās mēdz dot, lai vēlāk nenozēlotu būt slēgtus, un pēc tam lauztus. Tā arī mēs, lai droši būtu par mūsu ar Dievu slēgtiem pestīšanas līgumiem, garu jau par ķīlu turam, kurš, kam tā nav, tas tam nepieder. Tādēļ tie neko nepanāk, kas katrā ārējā lietā kristietības piederību rāda, kad tam iekšēji būtu jābūt atjaunotnes garā.

Arguments no lielāka uz mazāku, kad Dievs savu bagātību un vislielāko mīlestību, ar ko mūs apskauj, rāda. Jo, ja jau viņš par bezdievjiem un viņu iekārībām, par tiem, kas kalpo laicīgajam (jo visnotaļ no mūžības esam apzināti), miris ir, cik jo vairāk viņš darīs ticīgajiem un taisnotajiem? Jo ir nobeiguma apstiprinājums, ar lielāka mierinājuma spēku.

‘Taisno’ un ‘labo’ ne uz personu, bet uz lietu ir attiecināmi, tas ir, nekatrā dzimtē, tā pašu labumu, un taisnību vai cēloni, vai izdevību mirt labu un taisnu⁴⁸.

Kristus asinīm visur apustulis piešķir grēku atlaišanu, kā šeit un Efes. 1. Līdzīgi Kolos.1, lai mūsu apziņas būtu drošas par atlaistiem grēkiem, kad visdārgāko Kunga derību, proti, līdztvērtīgu (*σύναξις*⁴⁹) saņemam. Tādējādi apustulis mūs šeit biedē, ja ar ļaunumu to⁵⁰ uzņemtu. Lai pārbauda etc⁵¹ sevišķi apziņu apgrūtināt kārtojošajiem. Jo tur skaudība un augstprātība pret nabagiem, korintiešus norāj, kur šie netikumi, tieši pretēji, cīnās pret mīlestību, kuras zīme (*σύμβολον*) ir kopība.

⁴⁸ Runa iet par 5:7 tekstu: Nam vix pro iusto quisquam morietur. Siquidem pro bono forsitan aliquis etiam mori sustinet.. kur iusto un bono jāuzlūko kā nekatrā dzimtē.

⁴⁹ *σύναξις* gr. apstiprinājums vērtīgumā, līdzvērtīgums

⁵⁰ *To=derību, tās= asinis.*

⁵¹ 1 Kor 11:28 28. Bet lai cilvēks pats sevi pārbauda, un tā lai ēd no šīs maizes un dzer no šī biķera!

Iterum iam dicta inculcat, et est omnino exuberans, in dei charitatis commemoratione apostoli spiritus, ut nostram pusillanimitatem erigat, est autem repetitio.

[5:10b] Vitam ipsius

Sensus est, si mors filii dei, quae est victima pro peccatis nostris, cessit nobis tam prospere, quod ea et a peccatis et a morte servemur. Quomodo non prospere cedet vita illius quam vivit nunc nunquam moriturus?

[5:11] Non solum autem

Haec ἀποσιώπησις est, id est, reticentia verbi, ex abundanti apostoli spiritu, quo in divitiis charitatis divinae exultat. Solet enim illa, vel nimia hilaritate, ut hic, fieri, vel tristitia, ut in Evangelio Lucae: Si cognovisses et tu quae ad pacem tuam, et quidem in isto die tuo: aut ira, ut apud Maronem. Quos ego.

[5:12a] Propterea quemadmodum

Longum est hoc loco ὑπερβατόν, propter exuberantem in commemoratione divinorum beneficiorum apostoli spiritum, quo nihil auditori vult inauditum relinquere. Proinde parenthesi textus est secernendus, ut ante, Usque ad legem, sit prius, et ante, Itaque sicut, posterius signum parentheseos. Est autem comparatio peccati et gratiae, eorumque naturarum descriptio.

[5:12b] Peccatum

Hic locus unus est ex his, qui peccatum, quod vocant genitale seu originale (id est, quod filii irae nascamur, peccatores de peccatoribus, iuxta illud: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum) contra Pelagianos luculentissime astruit. Nam si de suo cuiusque delicto loqueretur Paulus, quod actuale peccatum vocant, quomodo unius delicto multos diceret morti obnoxios, et per eum in omnes homines peccatum irrepsisse? Aut quomodo unus Christus erit author iustitiae, si Adam non esset author peccati? Est autem illud genuina in malum pronitas omnium cogitationum et sensuum nostrorum, quo ad peccandum impetu quodam trahimur, ab Adam in omnem posteritatem serpens.

Vēlreiz uzspiež jau sacīto, un apustuļa gars ir tiešām pārauglīgs Dieva mīlestības pieminēšanā, lai mūsu glēvumu izaicinātu, bet tā ir atkārtošānās.

Tas nozīmē: Ja Dieva dēla nāve, kas ir upuris par mūsu grēkiem, atvēl mums tik labvēlīgi, ka ar to gan no grēkiem tiekam pasargāti, gan no nāves, kāpēc lai bagātīgi neatvēlētu viņa dzīve, kuru dzīvo tagad, ka nekad vairs nemirs?

Šī apklusana (ἀποσιώπησις), tas ir, vārda aizturēšana, kas nāk no pārpilnīgā apustuļa gara, no dievišķās mīlestības bagātības izverd. Jo tā mēdz tapt vai nu pārlietu lielā līksmībā, kā šeit, vai bēdās, kā Lūkas ev.: Ja sapratīsi arī tu, kas tavam mieram vajadzīgs, un patiesi tajā tavā dienā⁵²: vai dusmās kā pie Vergīlija⁵³? Kurus es.

Garš vārdu pārstatījums (ὑπερβατόν⁵⁴) šeit dēļ izverdošā apustuļa gara dievišķo labumu pieminēšanā, no kā klausītājam neko nedzirdētu negrib atstāt. Tādēļ iekavu teksts ir nošķirams atsevišķi, tā ka *Usque ad legem* būtu pirmāk pirms (*Itaque sicut*) vēlākās iekavu zīmes.⁵⁵ Bet ir vēl grēka un žēlastības salīdzinājums, un to dabiskais apraksts.

Šī vieta ir viena no tām, kura grēku sauc par iedzimtu vai pēc izcelsmes (tas ir, dusmu dēli piedzimstam, grēcinieki no grēciniekiem, saskaņā ar šo: Jo grēkos esmu ieņemts), ko pret pelagiešiem spīdoši pielieto. Jo, ja jau Pauls runā par katra ikviena nodarījumu, ko sauc par īsto grēku, kādā veidā no viena cilvēka nodarījuma daudzus sacītu nāvei pakļautus, un caur viņu visos cilvēkos grēku ierāpojam? Vai, kādā veidā Kristus viens būs taisnības iedibinātājs, ja Ādams nebūtu bijis grēka iesācējs? Bet tā ir īstenā mūsu visu domu un nolūku uz ļaunumu nosliekšanās, ar ko arī uz grēkošanu tiekam vilkti, ierāpojoša sākot no Ādama visās paaudzēs.

52 Luk. 19:42 Kaut jel arī tu atzītu un pat šinī tavā dienā, kas pie tava miera vajadzīgs! Bet tagad tas apslēpts tavām acīm.

53 Maro - Vergīlijs, Marons Publijs (70.-19.p.Kr.), romiešu dzejnieks, viduslaiku/katoļu līrikas paraugautors, kā Cicerons prozā.

⁵⁴ ὑπερβατόν vārdu pārstatījums, inversija

⁵⁵ Tekstā it kā jāiedomājas iekavas sākot ar quemadmodum līdz 14 (18?). panta sākumam.

[5:12c] Mors

Mors enim poena est peccati. Quocunque, inquit, die ex eo comederis, morte morieris. Et anima quae peccaverit morietur. Et auctoramta peccati mors.

[5:12d] Quatenus

Sensus cohaeret cum illis, quae sequuntur parenthesin. Estque talis, Ab Adam utrunque nobis profectum est, Peccatum genitale, et eius poena mors. Proinde quemadmodum ab illo omnis peccati, et mortis reddimur rei. Ita per Christum renati iustitiae et vitae evadimus participes.

[5:13] Usque ad legem

Licet peccatum etiam lex naturae prodat, sicut in pincerna et pistore Pharaonis discimus, tamen per culpam genitalem natura est adeo corrupta, ut ad pleraque maxima vitia aut conniveat, aut caecutiat, ut non respiscere sibi placeat. Proinde peccatum ante legem securum erat, at ubi per legem proditam manifestatum est, et irritatum, coepit crudelius saevire, ac tyrannidem suam in natura vitiata exercere. Atque, id est, quod lex dicitur virtus peccati.

[5:14a] Qui non peccaverunt

Non simpliciter dicit, qui non peccaverunt, cum iam supra ostenderit, omnes peccasse, sed in similitudinem transgressionis Adam, hoc est, non tam capitaliter quam ille. Quippe qui non accepto mandato peccaverant. Nam Adae merito imputatum est peccatum, cui praescriptum erat, quid sequi, quid fugere deberet, praesertim adhuc in innocentia constituto. Caeteri a corrupta iam, per culpam genitalem, natura peccaverunt.

[5:14b] Qui typum gerit

Adam typus est Christi, quia sicut ille omnem posteritatem suam peccato, ac morti reddit obnoxiam, ut nascamur filii irae, Ita Christus posterior Adam omnes suos cohaeredes, iustitiae, innocentiae et vitae reddit participes, Ut sicut alieno peccato damnati sumus, ita aliena liberemur iustitia. Proinde est quidem Adam typus Christi, at non simpliciter, quemadmodum et subdit: Nam si unius peccatum cunctos potuit perdere, et morti obnoxios reddere, quanto magis gratia dei per Christum innocentem multos potest servare.

[5:15] Gratia dei et donum

Jo nāve ir grēka sods. Kurā vien, Raksti saka, dienā no tā ēdīsi, mirdams mirsi. Un dvēsele, kas grēkojusi, mirs. Bet grēka rosinātāja ir nāve.

Jēga saskaņojas ar to, kas seko aiz iekavas. Un ir tāda. No Ādama līdz pat mums abi aiziet, proti, iedzimtais grēks un tā sods nāve. Tādēļ, tāpat kā ikviens sākot no viņa esam grēka un nāves atbildētāji, tā caur Kristu atdzimuši kļūsim līdzdalībnieki taisnībai un (mūžīgai) dzīvībai.

Lai arī grēku arī dabiskais likums rada, kā mācāmies faraona kausa pienesēja un maizes cepēja gadījumā, tomēr caur iedzimto vainu daba ir tik samaitāta, ka uz daudz negantākiem netikumiem ir iesnaudusies vai pusakla, lai negribētu atmosties. Tādēļ grēks pirms likuma bija drošs, bet tad caur likumu sāk manifēstēties un sadusmojies sāk trakot rupjāk, kā arī sāk vingrināt netikumīgo dabu un savu varu. Un tā likums tiek saukts par grēka iedarbinātāju⁵⁶.

Nesaka vienkārši, ka nav grēkojuši, kad jau iepriekš parādīja, ka visi grēkojuši, bet līdzībā ar Ādama pārkāpumu, proti, ne tik nāvi pelnoši kā viņš. Acīmredzot, kas grēkojuši pirms pieņemt baušļus. Jo Ādamam pēc nopelna ir pierēķināta grēku atlaišana, kam bija priekšrakstīts, ko darīt, ko vajag izvairīties, sevišķi nevainībā vēl noliktam. Pārējie jau no samaitātās dabas caur iedzimto grēku ir grēkojuši.

Ādams ir Kristus priekšparaugs⁵⁷, jo kā viņš visu savu pēctecību ar grēka un nāves vainojamību atgriez, lai mēs dzimtu dusmu dēli, tā Kristus pēcāk par Ādamu visus savus līdzmantiniekus taisnībai, nevainībai un (mūžīgai) dzīvībai atgriez līdzdalīgus, lai, kā ar svešu grēku mēs esam notiesāti, tā caur ne savu pašu taisnību tiekam atbrīvoti. Tāpēc arī ir Ādams Kristus priekšparaugs, bet ne vienkāršāk, kā arī pievieno: Ja viena grēks visus varēja pazudināt, un nāvei piederīgus atgriezt, cik daudz vairāk Dieva žēlastība caur Kristu, kas nevainīgs, daudzus var izglābt.

⁵⁶ Virtus = tikums

⁵⁷ Typus=nospiedums

Duo dicit apostolus, gratiam et donum dei. Gratiam autem vocat favorem dei, quo ille Christum amplexus est. Et in Christo, et propter Christum omnes credentes. Deinde quia favet deus, non potest non effundere dona sua in eos, quorum est misertus. Quemadmodum homines eos quibus favent, suis rebus adjuvant, suaque impartiunt. Illud vero donum ipse spiritus sanctus est, quem effundit deus in corda suorum. Quemadmodum in Ioanne legimus, Hoc autem dixit etc. Et accipite spiritum sanctum. Et infra, Accepistis spiritum adoptionis filiorum (id est, qui adoptat vos filios dei) etc. in quo clamamus Abba pater.

Porro spiritus sancti opera in cordibus fidelium sunt, Fides, pax, charitas, gaudium, etc. Proinde ridiculum est figmentum eorum, qui dicunt *Χάρις* qualitatem animae infusam, cum ea nihil aliud sit, quam dei erga nos benevolentia, eiusque voluntas nostri miserta, dona autem ipse spiritus sanctus, eiusque in nobis motiones.

[5:16] Nam condemnatio

Sensus est: peccato Adam multum omnino Christi donum praecellere. Nam illud paulatim serpsit in omnes mortales eosque morte involuit. Christi autem gratia tam est exuberans, ut semel omnia omnium peccata, iam in unam colluviem concreta, exhauriret. Hoc etiam est, quod alibi ait: Omnia per Christum instaurasse deum, Nempe omnia peccata semel tulisse, et omnibus saeculis hostiam perfectam exhibuisse.

[5:18] Itaque sicut

Non ita accipiendum quod in omnes homines dimanet Christi iustitia, cum eam credentes tantum assequuntur. Sed quod omnes qui iustificamur, et quot quot iusti sunt, per unius Christi gratiam iusti sunt, et non suam ipsorum, aut alterius cuiuspiam. Ita etiam accipiendum, quod Christus illuminat omnem hominem etc. non quod omnes illuminet, cum tenebrae et sui eum non comprahenderint, et receperint, sed quotquot illuminantur, ab eo lumen recipiant uno, nec ab alio quovis, cum etiam Ioannes lumen non fuerit. Simile argumentum alibi. Sicut, inquit, per hominem mors, ita et per hominem resurrectio mortuorum. Est autem ratio Epilogi, ut scilicet per unum hominem peccatorem omnis posteritas mortis, ob peccatum, rea facta est. Ita ob Christum omnibus reviviscendi copia sit data.

[5:20a] Lex obiter subiit

Apustulis noscitur divas lietas: žēlastību un Dieva dāvanu. Par žēlastību sauc Dieva labvēlību, ar ko viņš Kristu ir apskāvis. Un Kristū un Kristus dēļ visus ticīgos. Tādējādi Dievs, kurus lolo, nevar neieliet tajos savas dāvanas, jo par viņiem ir apžēlojies. Tāpat kā cilvēki, kuriem ir labvēlīgi, ar savām lietām palīdz un savās lietās dalās. Patiesi tā dāvana ir pats svētais gars, ko ielej Dievs savējo sirdīs. Līdzīgi kā Jāni lasām. Bet to viņš saka etc.⁵⁸ Un pieņemiet svēto garu. Un vēlāk, Jūs saņemsiet dēlu adopcijas garu (proti, ka Dievs adoptēs jūs par dēliem) etc. dēļ kā saucam Abba tēvs.

Patiesi, svētā gara darbi ir uzticīgo sirdīs, ticība, miers, mīlestība, prieks, etc. Tādēļ ir smieklīgi to izdomājumi, kuri sakās žēlastību (*Χάρις*) būt dvēselē iepūstu īpašību, kad tā nav nekas cits kā Dieva pret mums labvēlība un viņa griba apžēloties par mums, bet dāvanas ir pats svētais gars un tā kustības mūsos.

Tas nozīmē: Ādams ar grēku daudzkārt pārspēj Kristus dāvanu. Jo tas pamazām ir ierāpojis visos mirstīgajos un tos nāvē ietinis. Bet Kristus žēlastība ir tik auglīga, ka vienreiz visus visu grēkus, jau vienā mēslu kaudzē savāktus, izsmeļ. Tas ir tas pats, ko citur saka: Visu ir atjaunojis caur Kristu Dievs, jo, visus grēkus vienā reizē aiznesot, pilnīgu visiem laikmetiem upuri izstādījis.

Tas nav tā jāsaprot, ka Kristus taisnība caurplūst visus cilvēkus, kad tikai ticīgie tai seko. Bet visi, kas tiekam taisnoti un, lai cik taisni būtu, tikai vienīgi dēļ Kristus žēlastības taisni esam, bet ne no savas pašu vai kāda citas. Tā arī ir jāsaprot, ka Kristus apgaismo ikvienu cilvēku, etc, ne ka visus apgaismos, ja tumsa un savējie viņu nav sapratuši un pieņēmuši, bet, kuri vien tika apgaismoti, no viņa viena gaismu saņēma, nedz no kāda cita, jo arī Jānis gaisma vēl nebija. Līdzīgs spriedums citur. Tāpat kā, Raksti saka, caur cilvēku nāve, tāpat arī caur cilvēku mirušo augšāmcelšanās. Bet tas ir noslēdzošs spriedums, proti, ka caur vienu grēcīgu cilvēku visa nāves nākamība grēku atlaišanas dēļ ir kļuvusi par atbildētāju. Tā caur Kristu visiem atdzīvināšanas bagātība ir dota.

⁵⁸ Jāņa 7:39 To Viņš sacīja par Garu, ko vēlāk dabūja tie, kas Viņam ticēja; jo vēl nebija Gara, tāpēc ka Jēzus vēl nebija iegājis skaidrībā.

Iam enim illa per Christum antiquata est, quemadmodum astruit apostolus in Epistola ad Hebraeos ex Hieremiae 31.cap. ut ad bona facienda, non legis exactione, urgeantur fideles, sed libero mentis impetu, Christi spiritus instinctu exciti rapiantur ad illa. Quicunque enim spiritu dei aguntur, hi sunt filii dei.

[5:20b] Ut abundaret delictum

Hic observa quid sit quod cap. proximo dixerit, legem scilicet iram operari. Nam illa ostendendo, et prohibendo, nec gratiam spiritus conferendo, aut tollendo, auget per occasionem peccata. Hinc alibi. Quid igitur, inquit, lex? propter transgressionem posita est, ob id ministratio mortis vocatur alibi.

Caput VI

[6:1] Quid igitur dicemus? Manebimus in peccato, ut gratia abundet? Absit. Qui mortui

Praemisit cap. proximo, ob id a deo proditam legem, ut peccata abundarent, atque peccatis adhuc uberius esset Christi gratia. Iam obiectionem diluit, quae fieri poterat, peccandum videlicet, ut gratia dei redderetur illustrior, id quod negat: Nempe quod peccatis per baptismum simus mortui, desciverimusque a regno peccati et mortis ad regnum iustitiae, ut illi vivamus. Quia qui facit peccatum, servus est peccati: proinde a peccando per occupationem avocat, et confert libertatem christianam cum legis servitute. Respondet etiam nunc obiter illi, cuius ca. 3. meminit, Faciamus mala, ut eveniant bona. Proinde peccandi affectus iugiter est mortificandus. Ut si radicatus eum in hac vita evellere non possumus saltem non regnet in nobis, sed serviat nobis lebusaeus noster, fiatque per spiritus adiutorium tributarius.

[6:2] Qui mortui su. pec

In baptismo signum mortis accipimus, id quod trina illa immersio significat, mortem videlicet nos meruisse, quod ex peccatore Adam peccatores sumus prognati, quemadmodum cap. superiori ostensum est uberius. Quod autem retrahimur in mysterio significat nos una cum Christo revixisse. Ut quemadmodum ille resurrexit per gloriam patris, ita nos in novitate vitae ambulemus. Et ut Petrus ait, Peccatis mortui,

Jo tā ir sena lieta caur Kristu, kā pievieno apustulis vēstulē ebrejiem, no Jeremijas⁵⁹ 31. nod., Lai ticīgos uz laba darīšanu nevis ar likuma piespiešanu dzītu, bet Kristus gara izaicināti ar brīvu prāta dzinuli tiktu uz tiem sagrābti. Kuri vien Dieva garā darbojas, tie ir Dieva dēli.

Šeit ievēro, kas ir tas, ko tuvākā pantā saka, proti, ka likums darbina dusmas. Jo vainas parādot vai aizliedzot, nedz žēlastību garu pienesot vai atņemot, tas audzē pie izdevības grēkus. Un citur prasa: Kas tad ir likums? Dēļ pārkāpumiem tie ir nolikti, lai tādēļ par nāves kalpošanu nosauktu citur.

Sestā nodaļa

Iepriekš nodaļā skaidroja, ka Dievs tādēļ deva likumu, lai grēku būtu pārpilnībā, un tādējādi dēļ grēkiem bagātāka būtu Kristus žēlastība. Jau šo atcēla, ar ko varēja it kā notikt, ka jāgrēko, lai Dieva žēlastība kļūtu spilgtāka, ko viņš noliedz: Patiesi, grēkiem caur kristību topam miruši, novēršamies no grēka un nāves valstības uz taisnības valstību, lai tai dzīvotu. Jo, kas grēku dara, ir grēka kalps, tādēļ no grēkošanas novērš ar iebildumu un sniedz kristīgu brīvību ar likuma verdzību. Arī atbild pa ceļam tam, ko 3.nod. pieminēja, Lai darām jaunu, lai iznākumā būtu labums. Tādēļ grēkošanas dziņa nemitīgi ir jānonāvē. Ja līdz saknei to mūsu dzīvē izravēt nespēsīm, tad lai vismaz nevalda mūsos, bet lai mūsu jebusietis mums kalpo, un caur garu kļūst palīdzīgs nodevu ievākšanā.

Kristībā saņemam nāves zīmi, tas ko trīskāršā tā iegremdēšana nozīmē, proti, ka bijām nāves ieguvums, ka no grēcinieka Ādama grēcinieki esam iedzimuši, kā augstākā pantā bagātīgi ir parādīts. Bet tas, ka caur noslēpumu tiekam izvilkti atpakaļ, nozīmē, ka ar Kristu esam sākuši dzīvot no jauna. Ka tāpat kā viņš augšāmcelās caur tēva slavu, tā arī mēs dzīvības atjaunotnē staigāsim. Un kā Pēteris saka: Grēkiem

⁵⁹ Hieronīms

iustitiae vivamus. Insuper ut per mortem corporis, ad veram nos vitam transituros speremus. Proinde quamvis dum hic degimus in corpore mortis, non sumus prorsus a peccato iustificati, ut nunquam non peccemus, quantumvis sancte conversemur. Id tamen unicuique pro viribus est meditandum, ut quod aliquando exutus corpore, quod aggravat animam, vere est facturus. Iam hic meditetur, id quod iam olim in typo praelusum est, cum submerso Pharaone ab Amalech nihilominus Hebraei ac caeteris hostibus sunt oppugnati. Et nobis in baptismo occubuit Pharaon, cum exercitu suo, hoc est, per fidem in verbum promissionis evasimus tyrannidem principis tenebrarum, cum vitiis universis, quod illa imputare nobis dominus non vult, ut habet Psal. nec a regno coelesti aditum nobis adimere possunt. Sed tamen adhuc non quiescit nos interim oppugnare Amelech, id est, habitans in carne peccatum, impuri videlicet affectus, quos oportet quotidiana mortificatione abolere, donec baptismus noster in morte compleatur. Adeo omnis Christianorum spes in morte consistit, adeoque a morte incipit, ut mors nobis sit lucrum, id est ad vitam aditus.

[6:4] Sepulti igitur sumus

Trina illa immersio dominicam repraesentat sepulturam. Ut quemadmodum ille, ob peccata nostra expianda mortuus, quievit in sepulchro, itidem et nos peccatis mortui innocentem vitam eius oporteat imitari. Mors Christi, cui inserimur per baptismum, imputatur nobis pro vera peccati morte, ut vere iam mortui simus etc.

[6:5a] Nam si insititii

Allusit ad insitionem plantae, aut surculi, quemadmodum surculus decerptus sua nativa arbore particeps fit humoris eius arboris cui inseritur. Ita qui per baptismum Christi corpori, ceu ramus arbori inseruntur, consortes fiunt gratiae, ac bonorum eius per spiritum, quem deus illis communicat, adeoque et regenerat. Nam duplicem habemus radicem, peccati scilicet et mortis, qui est Adam, iustitiae ac vitae, qui est Christus in aevum benedictus.

[6:5b] Per similitu. mor. ei

Christus ob iniquitates nostras ductus est ad mortem, ut illas in semet aboleret, et occideret: quem dum mortificandis affectibus imitamur, conformamur ei in morte, proinde et in resurrectione conformabimur.

[6:6] Illud scientes

miruši, taisnībai lai dzīvojam. Bez tam lai caur miesas nāvi uz patiesu dzīvību sevi pārejošus ceram. Tādējādi, par cik nāves miesā vēl šeit mitināties, mēs no grēkiem patiesi taisnoti neesam, ka nekad vairs negrēkotu, lai cik arī svēti mēs dzīvotu. Tas tomēr ikvienam pēc saviem spēkiem ir jāmeditē, ko, kad kādreiz miesas tēru novilcis, kas dvēseli apgrūtina, viņš patiesi darīs. Jau šeit lai meditē, kas kādreiz pēc parauga ir izspēlēts, kad Faraonam slīkstot, ebrejiem uzbruka Amaleks un vēl citi ienaidnieki. Arī mums kristībā nomira Faraons ar visu savu karaspēku, proti, caur ticību uz apsoliņuma vārdu izbēgām no tumsas valdnieka varas ar visiem iespējamajiem netikumiem, kurus mums Kungs pierēķināt negrib, kā Psal. Nedz pieeju debesu valstībai mums kādi var atņemt. Bet tomēr vēl aizvien reizēm nemitējas mums uzbrukt Amaleks, tas ir, kas dzīvo grēku miesā, proti, nešķīstu dzīvu varā, kurus ikdienas nonāvēšanā vajag izzudināt, līdz kamēr mūsu kristība nāvē tiks piepildīta. Par tik katra kristieša cerība nāvē balstās, par cik no nāves sākas, lai nāve mums būtu ieguvums, tas ir, pieeja dzīvībai.

Tā trīskāršā iegremdēšana attēlo Kunga kapu. Lai tāpat kā viņš miris mūsu grēku izpiršanas dēļ atdusējās kapā, tāpat arī mums grēkiem mirušiem viņa nevainīgajai dzīvei būtu jāseko. Kristus nāve, kurā tiekam iepotēti caur kristību, tiek ierēķināta mums par īstu nomiršanu grēkam, it kā jau patiesi miruši būtu.

Salīdzina ar stāda iedēstīšanu un potzaru, ka tāpat kā potzars nogriezts no sava dabīgā koka top par tā koka mitruma līdzdaļu, kur tiek iepotēts. Tā arī caur kristību, kas Kristus miesai, tas ir, kokam kā zars tiek piepotēts, kļūst par līdzdalībnieku viņa žēlastībā caur garu, ko Dievs viņiem piešķirt, līdz pat jaunu dzīvību dodot. Jo mums ir divējāda sakne, proti, gan grēka un nāves, kas ir Ādams, gan taisnošanas un dzīvošanas, kas ir Kristus uz mūžu svētīts.

Kristus mūsu grēku dēļ tika novests nāvē, lai tos sevī izdeldētu, un nokautu: kamāk viņa domām par miršanu sekojam, pielīdzināties viņam nāvē, tādējādi arī viņa augšāmcelšanā pielīdzināsimies.

Vetus homo est qui sapit, ac imitatur mores peccatoris Adam. Pravi nimirum affectus, adeoque omnes conatus humani, citra spiritus dei adiutorium, quem nobis depingit apostolus ad Eph.4. et 5. capitibus. Similiter ad Coloss.3. Novus autem, qui per fidem in verbum evangelicum nascitur, quem infra monet induendum. Proinde vetus homo exterior, corpus peccati, totus est homo, cum suis conatibus, spiritu dei necdum illustratus, qui crucifigitur in baptismo, ac vita illi superstite, quod deinceps non iuxta nostrum iudicium, sed evangelici verbi oporteat sapere, et affectos esse.

[6:7] Qui mortuus est

Vel hic observa quando baptismus compleatur, nimirum in morte, quando caro cum suis affectibus emoriatur, donec illam innovatam et transformatam recipimus. Nam licet signum baptismi transeat, ille, et effectus eius hoc est peccati abolitio, quam diu hic vivimus durat, cum mortui prorsus a peccato sint iustificati. Proinde si quando in peccatum prolabimur ad promissionem divinam, in baptismo acceptam protinus, per resipiscentiam, est confugiendum. Et ita peccantes non peccamus, absorbente peccatum fide, dominoque illud non imputante.

[6:8] Vivemus cum illo

Vivemus, inquit. Proinde vivificatio, quam diu hic vivitur nihil aliud est quam fides, quia spe tantum servati sumus nec dum re perfecta et spem iustitiae per fidem expectamus.

[6:9] Scientes quod Christus

Sensus est, semel Christus sua morte peccatum, eiusque poenam exhaustit, et iugulavit. Itidem nobis annitendum, ut qui per baptismum peccato mortui sumus, nunquam deinceps illud nobis dominari patiamur.

[6:10] Semel

Semel enim mortuus est ad multorum exhaurienda peccata. Secundo apparebit sine peccato omnibus se expectantibus in salutem.

[6:11] Existimate

Nunc tandem aperit, quid sit commori, et consepeliri cum Christo. Nempe se existimare peccato esse mortuum, nec illius affectum amare: non quod prorsus peccato careamus, cum non habitet in nobis, id est, carne nostra bonum, Sed ne ex illius tyrannide vivamus, cupiditatibusque pareamus, sed Christo adiutore freti, illud quotidie mortificemus. Iuxta illud, Confidite, ego, inquit, vici mundum.

Vecais cilvēks ir tas, kurš saprot un arī atdarina grēcinieka Ādama ieradumus. Pārlietu uz netikumu nosliecīgās domas, tāpat kā visi cilvēciskie centieni bez Dieva gara palīgiem, kā mums attēlo apustulis efesiešiem 4. un 5. nod. Līdzīgi arī kolosiešiem 3. Bet jaunais cilvēks ir tas, kurš piedzimst caur ticību evaņģēlija vārdam, ko māca iekšēji apvelkamu. Tādēļ vecais ārējais cilvēks, grēka ķermenis viss ir cilvēks ar saviem centieniem vēl neapgaismots Dieva garā, kas tiek krustā sista kristībā, pēc kā viņa atlikušajai dzīvei vajadzētu mainīties, ko beidzot saprast pienāktos pēc evaņģēlija vārda, bet ne pēc mūsu sprieduma.

Vēl šeit ievēro, kad kristība piepildās, patiešām, nāvē, kad miesa ar saviem centieniem nomirs, tiekams to atjaunotu un pārveidotu iegūsim atpakaļ. Jo, kaut arī kristību zīme pāries, pati tā un tās iedarbe grēka atcelšana pastāvēs, kamēr vien dzīvosim, lai arī tikai mirušie pilnībā no grēka tiks taisnoti. Tādēļ, ja kādreiz grēkā ieslīdēsim, tad pēc dievišķā apsolījuma, ko pieņemam kristībā pilnībā, no tā caur attapšanas izbēgsim. Un tā, grēkojošiem esot, negrēkojam, grēku ticībā aprijot un Kungam to nepierēķinot.

Dzīvosim, viņš saka. Tādējādi atdzīvināšana, cik ilgi te dzīvojam, nav nekas cits kā ticība, jo tikai cerībā tiekam saglabāti, bet vēl ne piepildījumā, un cerību uz taisnību gaidām caur ticību.

Tas nozīmē. Vienreiz Kristus grēku un tā sodību ar savu nāvi iztukšoja un nožņaudza. Tā arī mums ir jāpiesienas kā tādiem, kas caur kristību esam miruši grēkam un, beidzot, nekad vairs neļaujam tam valdīt pār mums.

Jo vienreiz viņš miris, lai daudziem izsmeltu grēkus. Otrreiz parādīsies visiem bez grēka, kas uz viņu gaida uz pestīšanu.

Tagad beidzot atklājas, ko nozīmē kopā nomirt un kopā tikt apglabātam ar Kristu. Patiesi, ja vērtēsim sevi grēkam būt mirušus, nedz mīlēsim tieksmes uz tiem: ne tā ka pilnībā grēka mūsos nebūtu, jo nemīt mūsos, tas ir, mūsu miesā labais, bet ne dēļ tā varas dzīvosim, nedz iekārēm būsīm pakļauti, bet Kristū kā palīgā palāvīgi ikdienas sevi mirdināsim, saskaņā ar šo: Uzticieties, es pasauli esmu uzvarējis.

[6:12] Mortali vestro corpore

Apto epitheto corpusculum hoc nostrum notavit, quod ob id morti obnoxium, quod peccandi tyrannis, ac pravorum affectuum in eo prorsus necdum sit restincta, sed semper adhuc alio rapit caro, alio autem spiritus, ut non quaecunque volumus faciamus. Ideo mortali, quia mors per peccatum, nostri dominatur. Nam stipendia peccati mors.

[6:13a] Accomodetis membra

Annota ut nulli, quantumvis pio operi, ex nostra cupiditate, oporteat nos esse astrictos, sed deo nostri curam relinquere, ut ille per nos agat, quemadmodum per filios immorigeros diabolus. Ubi ergo talem animum tibi dominus dederit, fac quodcunque invenerit manus tua quia dominus tecum est.

[6:13b] Velut ex mortuis

Mortuos dicit, non corporis morte, quae ex aequo omnes manet, sed culpae ac perfidiae, qua deo verae vitae sumus mortui, de qua in psal. Mors peccatorum pessima.

[6:14a] Peccatum enim

Hoc loco, est peccandi pronitas quae remanet in carne nostra, etiam post baptismum, quantisper hic vivitur, Verum illud non debet nostri dominari, quia non sumus sub lege, quae prohibendo, nec gratiam conferendo, cupiditates irritat potius, quam extinguit. Exemplo febrientis, qui tanto aquam sitit ardentius, quanto ei usum illius interdixeris: est ergo argumentum a facili.

[6:14b] Sed sub gratia

Gratia est propensio quaedam spiritu dei concepta, qua ducimur ad recta, quaque tali ardore, et affectu, ad bona rapimur, quali solemus, per concupiscentiam, ad mala. Hanc delapsus in terram Christus, praestat humano generi, quam in omnes gentes palam praedicari mandavit. Quae sicut nobis praestitit, ut a peccati tyrannide liberaremur, ita et praestare potest ne in eandem recidamus, aut relapsi resurgamus. Breviter, Gratia est qua nobis bene vult deus et efficit ut bene velimus et nostra sint accepta, ut supra dictum.

[6:15] Quid igitur

Iterum diluit obiectionem quae poterat, ex iam dictis fieri. Observabis autem, quomodo Christum professi non sint sub lege, iram operante. Sed ut lex sit illis antiquata, quemadmodum apostolus ad hebraeos docet ex Hiere. testimonio, non ut illa a nobis fieri non debeat, sed ut per gratiam Christi fieri valeat, alioqui onus importabile. Deinde ut neglecta nos condemnare non possit. Christus enim nobis

Ar atbilstošu apzīmējumu šo mūsu miesekli rāda, jo dēļ tā mēs nāvei pakļauti, jo grēkošanas vara un nekrietno noslieču iedarbība nav pilnībā ierobežota, bet vēl aizvien citam sagrābj miesu, citam garu, ka vairs ne to, ko gribam, darām. Tādēļ mirstīgi esam, jo nāve caur grēku ir pār mums valdoša. Jo grēka alga ir nāve.

levēro, ka nevienam, lai ar cik godbijīgam darbam, nevajag mums iespringt mūsu dedzībā, bet rūpi atstāt mūsu Dievam, lai viņš caur mums darbojas, tāpat kā caur nepaklausīgajiem dēliem velns. Kad nu tādu garu tev Kungs ir iedevis, dari ko vien izdomās tava roka, Kungs būs ar tevi.

Mirušus saka nevis miesīgā nāvē, kura vienādi visiem draud, bet vainas un neuzticības dēļ, ar ko Dievam patiesai dzīvei esam miruši, dēļ kā psalmists saka: Nāve no visiem grēkiem sliktākā.

Šajā vietā iet runa par grēkošanas noslieci, kura paliek mūsu miesā arī pēc kristības, kamēr vien šeit dzīvosim. Patiesi tai nevajag pār mums valdīt, jo neesam zem likuma, kurš to visu aizliedz, nedz žēlastību pievieno, drīzāk kas izsauc iekārības, nekā tās deldē. Pēc drudzī degošā piemēra, kurš ūdeni alks dedzīgāk, ja tam tā lietojumu liegs. Tātad ir arguments no vieglākā.

Žēlastība ir Dieva garā kāda ieņemta nosliece, ar kuru tiekam vesti uz taisno, pie kam ar tādu pašu degsmi un tieksmi uz labu tiekam rauti, kādā mēdzam caur iekāri rauti uz ļauno. Šo Kristus uz zemes pazemojies dāvā cilvēku ciltij, ko visās tautās atklāti sludināt ir pavēlējis. Ko tāpat kā ir devis mums, lai no grēka varas mēs tiktu atbrīvoti, tā arī iedot var, lai tajā pašā neatkrītam atpakaļ, un atslīdējuši celtos no jauna atkal. Īsumā, žēlastība ir tas, ko Dievs ļoti grib un arī panāk pie mums, lai mēs to ļoti vēlētos un to par mūsējo pieņemtu, kā sacīts iepriekš.

Vēlreiz viņš novāc iebildumus, kuri varētu rasties no iepriekš sacītā. Tev ir jāievēro, kādā veidā Kristu pasludināt nav zem likuma, kas rada dusmas. Bet lai likums ir tiem novecojusi derība, tāpat kā apustulis ebrejiem māca pēc Hieronima, ne ka tam nevajadzētu pie mums parādīties, bet lai spētu parādīties caur Kristus žēlastību, citādi vien nasta nepanesama. Beidzot, lai ignorējamās lietas mūs nevarētu

eam implevit, qui est perfectio legis ad iustitiam omni credenti.

[6:19a] **Serva immunditiae**

In graeco est δοῦλα quod sonat serva, ac veluti mancipia heris obnoxia, quae sui iuris non sunt, sed eius cuius sunt mancipia.

[6:19b] **Iniquitati ad aliam**

Sicut enim habenti dabitur, et sancti adhuc sanctificantur, ut eant, iuxta psalmographum, de virtute in virtutem, ac semper purgantur a coelesti agricola deo. Ita impii de scelere in scelus, et de turpitudine, in turpitudinem prolabuntur. Proinde monet, ut quemadmodum caro ante Christum agnitum fructificabat vitia, ita nunc spiritus fructificet virtutes.

[6:23] **Authoramenta peccati mors**

Annota quod donum dei vitam aeternam vocet, et non meritum nostrum, contra operarios.

pazudināt. Jo mums to ir piepildījis Kristus, kas ir likuma pilnība ikvienam ticīgajam taisnošanai.

Grieķu valodā δοῦλα, kas nozīmē 'kalpi', ir kā saimniekiem pakļauti vergi, pār kuriem valda nevis viņi paši, bet tie, kam viņi pieder.

Jo tāpat kā tam, kam jau ir, tiks dots, tā svētie vēl vairāk tiks svētīti, lai saskaņā ar psalmu rakstnieku no spēka ietu uz spēku, un vienmēr tiktu šķīstīti pie debesu zemkopja Dieva. Tā bezdievji no slepkavības uz slepkavību noslīdēs, no bezkaunības uz bezkaunību. Tādēļ brīdina, ka tāpat kā miesa pirms Kristus atzišanas apaugļoja netikumus, tā tagad gars apaugļos ticības spēkus.

levēro, ka mūžīgo dzīvību izsauc Dieva dāvana, bet nevis mūsu nopelni, pretēji darboņu ieskatiem.

Caput VII

Septītā nodaļa

[7:1] **Non ignoratis fratres (Scientibus enim legem loquor) quod lex tantisper**

Similitudine uxoris et viri coniugio iunctorum proposita docet legem Christiano homini esse antiquatam, et abrogatam, Legem autem omnia praecepta dei accipit etiam ipsius decalogi, quae suo more Paulus legem iram operantem, vocat, Lex enim neminem ex corde bonum, aut iustum facit, sed dum exigit, et extorquet, quod nos praestare non possumus (Id quod Apostolus hoc capite docet praecepto uno. Nempe, Non concupisces, et dominus uberius Matthaei.5. et 6. capitibus) cogit nos aut desperare, aut ad externorum operum hypocrisin confugere, ex quibus nulla caro iustificatur coram deo qui iuxta internos affectus nos metitur, quos, cum mali sint, nemo potest immutare, nisi Christi spiritus, qui aufert cor lapideum, et dat vobis cor carneum. Affectus ergo si operibus reluctantur, quid aliud nos, nisi hypocritas faciunt, et ut dominus ait: sepulchra dealbata? Proinde Christus legem nobis antiquatam esse voluit, Quotquot enim sub illa sunt, sub maledicto sunt, ut alibi ait. Nam maledicti qui a mandatis dei declinant. Deinde iram operatur, dum aliud iubet illa, aliud nos committimus. Et occidimur, dum contra eius praescriptum facimus. Et

Līdzībā ar laulībā savienoto sievas un vīra apsolījumu māca kristīgam cilvēkam likumu būt novecojušu un atceltu, bet likumam klausā visas Dieva pavēles, arī paša dekaloga, kurus Pauls savā veidā sauc par dusmu radītāju. Jo likums nevienam no sirds labu vai taisnu nedara, bet, kamēr izvelk un izgriež, ko mēs nevaram izdarīt (Tas ko apustulis māca šajā nodaļā ar vienu bausli: Patiesi, neiekāro un Kungs bagātīgi. Mateja 5.un 6.), spiež mūs vai nu izmist vai uz ārēja darba divkosību aizbēgt, no kā nekāda miesa netiks taisnota Dieva priekšā, kurš mūs mēra pēc iekšējiem centieniem, kurus, ja tie ir ļauni, neviens nespēj darīt nepamanāmus kā vien Kristus garā, kurš atņem akmens sirdi un dod miesisku sirdi. Tādēļ centieni cīnīties ar darbiem kas cits, ja ne mūs par divkošiem dara un, kā Kungs saka: kaps izbalsināts? Tādējādi Kristus ir gribējis mums likumu būt novecojušu, jo kurš vien zem tā, ir zem lāsta, kā saka citur. Jo nolādēti, kas no Dieva pavēlēm novēršas. Pēc tam dusmas rada, kad tie vienu pavēl, bet citu mēs darām. Un tiekam nokauti, ja pret tā baušļiem rīkojamies. Un liek grēkam būt pārpilnībā. Bez tam, kamēr mūs noved tā atzišanā, nedz garu, nedz iekšējo spēku, kam būtu jāpretojas, pārvalda, kas

abundare facit peccatum. Insuper dum in eius agnitionem nos adducit, nec spiritum, roburque internum illi reluctandi ministrat quid aliud nisi mortis est ministratio? Proinde Christus solam charitatem suam dixit esse praeceptum, quae compendio totam legem complectitur. Proinde Christiani ad legis opera facienda, non lege extorquente, sed libero spiritus impetu, per charitatem, debent rapi. Quicumque enim spiritu dei ducuntur etc. Christianis igitur antiquata est lex non ut ne fiat, sed impleri possit, et neglecta condemnare nequeat eos qui sunt in Christo.

[7:4a] Itaque fratres

Applicatio est similitudinis, per corpus autem Christi cuius caput deus est, ecclesiam accipe, quae est omnium credentium multitudo, quae spiritu dei sanctificatur, vivificatur, et regitur ut lege nihil opus sit, cum spiritus Christi ductu sponte, ac libero mentis impetu rapiantur ad ea credentes, quae grata deo cognoverint. Proinde lex iustis, id est, per fidem iustificatis, non est posita, ut alibi ait, sed peccatoribus, et ad Gal. Christus est factus nobis ociosus, qui a lege iustificamini.

[7:4b] Ut iungeremini alteri

Christo anima intrinsecus per fidem iungitur, qui cum bonitatis sit fons, non potest non semper benefacere illi iuncta, ut fructificet deo. Econtrario mens, sine spiritu Christi, quam carnem vocat, nihil potest nisi peccare, quia non potest arbor mala fructus bonos facere. Et sicut vitis non potest ferre fructum, nisi manserit in vite, Sic nec nos nisi in Christo manserimus. Proinde non sunt audiendi Scholastici qui neutralia opera commenti sunt, id est, quae nec bona, nec mala essent, quales sunt virtutes philosophicae, et quae humano conatu fiunt. Nam cuncta cogitatio cordis humani prona est ad malum omni tempore. Hinc et omnis homo mendax dicitur, quod simulet verius probitatem, quam re praestet. Fructificamus autem deo dum illustratione, et adiutorio spiritus eius, opera illi digna facimus, ad quae nos condidit, ut in illis ambulemus, Ea autem duplici lege fieri oportet. Primum, ut non ex superstitione, id est, nostrae carnis, et capitis sensu, vel humanis constitutionibus simus pii: Nam illud est frustra deum colere. Sed pietatis opera ad sacrarum literarum coticulam exploremus, et ex Christi doctrina vitae formam petamus. Nam illum iussi sumus

cits ir ja ne kalpošana nāvei? Tādējādi Kristus vienīgi savu mīlestību saka esam bausli, ar kura piepildīšanu viss likums tiek piepildīts. Tādējādi kristiešiem būtu jābūt aizrautiem ar likuma pildīšanu nevis likumam nomocot, bet ar brīvu gara dzinuli caur mīlestību. Kas vien Dieva garā tiek vadīts etc. Tādējādi novecojušais likums kristiešiem ir nevis, lai nenotiktu, bet lai tiktu piepildīts, un neievērots nespētu notiesāt tos, kuri ir Kristū.

Līdzības lietojums, bet caur Kristus miesu, kuras galva ir Dievs: Pieņem baznīcu, kas ir visu ticīgo pulks, kuri ar Dieva garu tiek svētīti, atdzīvināti un pārvaldīti, lai nekas neattiektos uz likumu, bet, Kristus garam vadot brīvi, ticošie uz to tiktu sagrābti ar brīvu prāta dzinuli, kas Dieva dāvanas atzinuši. Tādēļ likums nav nolikts taisnajiem, proti, caur ticību taisnotiem, kā citur saka, bet grēciniekiem⁶⁰, un uz galatiešiem: Kristus ir tapis mums lieks, kas pēc likuma tiek taisnoti⁶¹.

Kristum dvēsele pievienojas caur ticību iekšēji, kurš, ja ir labuma avots, nevar citādi kā visu laiku atdarīt labu, lai nestu augļus Dievam. No otras puses, prāts bez Kristus gara, ko sauc par miesu, neko neiespēj kā vien grēkot, jo nespēj samaitāts koks nest labus augļus. Un tāpat kā vīna koka zars nevar nest augļus, ja nepaliks pie vīna koka, tāpat arī mēs ja ne pie Kristus paliksim. Tādēļ nav ņemami vērā sholasti, kuri saka darbus esam neitrālus, tas ir, nedz labi nedz ļauni tie būtu, kur šādas domas nāk no filozofiem, viņu cilvēciskiem centieniem. Jo visa cilvēka sirds doma visu laiku ir nosliekusies uz ļaunu. Tādēļ sacīts: katrs cilvēks ir melis, kurš īstenībā tikai imitē iespēju, bet nenostājas par lietu. Bet mēs tiekam augļoti no Dieva, ja vien no viņa apgaismojošā un palīdzošā gara viņam cienīgus darbus darām, uz ko mūs radījis, lai tajos dzīvotu. Bet tie var tapt pēc divējāda likuma. Pirmkārt, lai ne no māņticības, tas ir, ne no miesas un mūsu galvas prāta vai cilvēciskiem iestatījumiem dievbijīgi mēs būtu. Jo tas nozīmētu, ka Dievs velti nopūlējās. Bet ticības darbus pārbaudām pie svētos rakstos minētā pieskaršanās raga, un tiecamies pēc Kristus mācībā patapinātā dzīves veida. Jo mums ir pavēlēts tam

⁶⁰ 1 Tim 1:8-9 Bet mēs zinām, ka bauslība ir laba, ja lieto to pareizi, 9 atzīstot, ka bauslība nav dota taisnam, bet netaisniem un nepaklausīgiem, bezdievīgiem un grēciniekiem, negantiem un nesvētiem, tēva un mātes slepkavām, cilvēku kāvējiem,

⁶¹ Gal 5:4 Jūs esat šķirti no Kristus, ja jūs bauslībā gribat tapt taisnoti, jūs esat žēlastību pazaudējuši.

audire. Is autem in extremo illo examine nullam pietatem, nisi charitatis opera vult agnoscere. Non superstitiosa ieiunia, non perpetuas cantiones, non preclarum olympum, non memorias fraternitates, participationes bonorum, ut aiunt, operum, non indulgentias, vicariarum fundationes, templorum, et altarium erectiones, peregrinationes, nihil inquam horum, sed esurivi inquit, et dedistis mihi manducare. Nam si deo quaecunque pietas ex nostrae carnis sensu profecta, esset grata, quid dei filio doctore opus fuisset? Videbantur sibi pharisaei, et scribae pii quotidie sacrificantes, sed quid audiunt? Misericordiam volui, et non sacrificium. Putabant quod deus multiloquium illorum exaudiret, quemadmodum, et pharisaei nostrates, sed dominus eis Ve cominatur, quod sub longarum precum praetextu, domos viduarum comederent. Deinde ne quid bonum metu damnationis, aut iustitiae consequendae, meritive praetextu, faciamus, cum nihil mereamur, nisi per fidem, qua et iusti sumus. In hoc peccant, quotquot novas, praeter christianam, regulas amplexantur. Nam falsa meriti opinione omnia agunt, quemadmodum rogati respondere solent, Cum omnes humanae traditiones frustra servantur. Viderint proinde ne dum se, prae caeteris credunt deo proximiores, omnium sint longissimi. Nam illi non ceremoniis, sed corde, et affectibus, per fidem appropinquamus. Alioqui quid opus fuisset Christo iustificatore? Idcirco a fermento pharisaeorum cavere monuit nos dominus.

[7:5a] Cum enim essemus. In Carne

Caro in literis apostolicis non est appetitus sensitivus ut aiunt sophistae, sed tropo scripturae, vocantur omnes vires et conatus humani, sine spiritus dei adiutorio, iuxta illud: Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. Idem dicitur vetus, et exterior homo, corpus peccati. Econtrario spiritus ipse spiritus sanctus, et eius in nobis motiones, et impulsus ad opera, quo ducuntur credentes, idem aliquoties dicitur novus et interior homo, corpus iustitiae.

[7:5b] Affectus peccatorum

Affectus peccatorum per legem sunt. Quia lex, dum illos prohibet, et non confert vires reluctandi, reddit irritiores, et excitat peccandi libidinem, ut reviviscant affectus per legem, qui prius fere erant mortui, consopiti, et incogniti.

[7:5c] Ad fructificandum morti

paklausīt. Bet viņš tajā pēdējā tiesā nekādu citu godbijību kā tikai mīlestības darbus negrib atzīt. Nedz mānticīgu gavēšanu, nedz nebeidzamas dziedāšanas, nedz aizlūdžēju olimpus, nedz piemiņas brālības, nekādas līdzdalības labos, kā saka, darbos, nedz indulgences, nedz vikāriju biedrības un templešu, nedz altāru celšanas, svētceļojumus, neko no tamlīdzīgā, bet tikai, – es biju izsalcis, un iedevi man paēst.⁶² Jo ja Dievam vien kāda godbijība no mūsu miesas domas būtu dārga, kāda būtu vajadzīga pēc Dieva dēla mācītāja? Šķita farizeji un godbijīgie rakstu mācītāji svētojamies sevim ikdienas, bet ko dzird? Gribu žēlsirdību nevis upuri. Viņi domāja, ka Dievs viņu daudzrunāšanu uzklausīs, tāpat kā mumsīgie farizeji, bet Kungs viņus brīdina ar Vai!, ja ar garo lūgšanu aizbildinājumiem atraitņu mājas tie izēd. Beidzot ne jau kāda izdevīguma dēļ notiesāšanas bailēs vai tai sekojošai taisnošanas tiesai vai ar nopelna ieganstu mēs kaut ko darām, kad neko jau mēs nenopelnīsim kā tikai caur ticību, ar ko esam taisni tāpat. Grēko tajā, kad vien jaunus likumus līdās kristīgajiem grib apskaut: jo ar nepatiesa nopelna ieganstu visu dara, kad kā taujāti mēdz atbildēt, kad visas cilvēciskās izdarības velti tiek saglabātas. Viņiem tā vien šķiet, ka ne vistālāk salīdzinājumā ar citiem bet vistuvākiem blakus Dievam esam. Jo viņam tuvojamies ne ar ceremonijām, bet ar sirdi un sirdsprātu caur ticību. Citādi, kāds gan labums būtu no Kristus taisnotāja? Tādējādi Kungs mūs no farizeju rauga sargāties brīdina.

Apustuļa rakstītājā miesa nav jutekliska tieksme, kā saka sofistī, bet rakstu figūra, kā tiek saukti visi cilvēcīgie spēki un mēģinājumi, kas ir bez Dieva palīdzošā gara, saskaņā ar šo: Nepaliks mans gars cilvēkā, jo viņš miesa ir. Tā tiek saukts vecais un ārējais cilvēks, grēka miesa. Tam pretī gars ir pats svētais gars un viņa kustības mūsos, un dzinuli un darbības, ar ko ticīgie tiek vadīti, tāpat kā jaunais un iekšējais cilvēks vairākkārt tiek saukts taisnības miesa.

Grēku dziņa ceļas no likuma. Jo likums, ja tos aizliedz, un nepievieno spēku, kam cīnīties pretī, vairāk sanikno un izraisa grēkošanas iekāri, lai tā atdzīvīnātu likuma izprovocētās tieksmes, kas iepriekš gandrīz bija mirušas, iemigušā stāvoklī un neiepažītas.

⁶² Mat 25:35 Jo Es biju izsalcis un jūs esat Mani paēdinājuši; Es biju izslāpis un jūs esat Mani dzirdinājuši; Es biju svešinieks un jūs esat Mani uzņēmuši.

Perdurat in similitudine coepta de uxore, quae parit ei, cuius est, filios: fructificamus igitur per legem morti, quia dum aliud praescribit lex, et exigit, ad aliud autem affectuum tyrannis rapit. Mortem nobis debere lex ostendit. Nam anima, quae peccaverit morietur, etiam si opera externa in oculis hominum videantur legi satisfacere.

[7:7a] Quid ergo dicemus

Per occupationem diluit obiectum. Dixerat enim legem peccandi et mortis praestitisse occasionem, et per eam abundasse peccatum, ne quis eum calumniari putaret, subiungit, sanctam, et iustam esse legem, quippe a sanctimoniae et iustitiae fonte deo profectam. Sed cum ea honesta tantum praescribat, nos autem ad vitia naturae corruptione proclives simus, fit nobis etiam sancta dei lex mortis occasio, dum peccandi tyrannidem prohibendo excitat, et quae nobis esse debeat occasio vitae fit mortis ministratio. Adeo infeliciter omnia cedunt, posteaquam deo derelicto, Satanam parentes nostri secuti sunt, ut ex nostro conatu nihil valeamus nisi nos perdere iuxta illud. Perditio tua ex te Israēl, tantum in me auxilium tuum.

[7:7b] Nam et concupiscen.

Locus est Exodi.20. Observabis autem hic ut nullus ex operibus legis iustificetur, Sed quicumque sub lege sunt, sub maledicto sint, quia legem nemo implet, praeter eum qui in Christum crediderit, qui est perfectio legis etc. Quis enim unquam hoc implevit praeceptum, cum nemo affectuum suorum sit compos. Et quis gloriabitur se purum habere cor? Quamquam insigniter pharisaei nostri, legem ab externis operibus, non affectibus aestimantes, iactant legem nostris conatibus apprime praestari posse, contra evangelicam et apostolicam doctrinam. Dicit quidem Ioannes 1. epistolae suae 5. mandata eius gravia non esse, sed his, qui ex deo nati sunt, hoc est, qui in Christum credentes, spiritum vivificantem sunt consecuti, quemadmodum praemittit, et subiungit, alioqui sine eo iugum sunt, et onus importabile, ut ait in Actis Petrus.

[7:8a] Sed occasione accepta

Sensus est, prodita quidem est lex, ut viveremus, sed cum eam praestare non possumus, reluctante corrupta natura,

Turpina iesāktajā līdzībā par sievu, kura dzemdē vīram dēlus: tādējādi nesam augļus nāvei caur likumu, jo, kamēr ko citu likums prasa un izspiež, uz kādu citu tieksmi tirāns grēks aizrauj. Likums rāda mūs nāvei būt parādā. Jo dvēsele, kura būs grēkojusi, nomirs, pat ja arī ārējie darbi šķitīs likumam gandarījuši cilvēku acīs.

Skaidro izejot no pretējā. Jo runāja, ka likums dod grēkošanas tieksmes un nāves iespēju un caur likumu grēku pārpilnību izplūstam, bet lai kāds nedomātu to netaisni pielietot, pievieno svētu un taisnu likumu esam, jo taču kā no Dieva, svētuma un taisnīguma avota izejošu. Bet tā kā tas tikai godīgo pieprasa, bet mēs esam ar noslieci uz dabas netikumu samaitātību, arī Dieva svētais likums mums top par nāves iespēju, jo izprovocē ar aizliegšanu grēkošanas varu, un tas, kam vajadzēja būt dzīves iespējai, kļūst par kalpošanu nāvei. Tik nelaimīgi viss rezultējas pēc tam, kad, Dievu pametuši, mūsu senči Sātanam ir sekojuši, lai no mūsu pūliņiem neko neiespētu kā tikai pazušanu saskaņā ar šo: Tava pazušana no tevis, Israēl, tikai pie manis tev palīdzība.

Vieta ir no Exodus 20⁶³. Bet lai tu ievēru šeit, ka neviens dēļ likuma darbiem netiek taisnots, bet kurš vien ir zem likuma, ir zem lāsta,⁶⁴ jo likumu neviens nepiepilda, izņemot to, kurš noticējis Kristū, kas ir likuma piepildījums. etc. Bet kurš gan jebkad šo pavēli ir izpildījis, ja neviens nevalda pār savām domām un tieksmēm. Un kurš gan dižosies ar šķīstu sirdi? Lai cik noteikti mūsu farizeji sakot, ka likums jāvērtē pēc ārējiem darbiem nevis iekšējiem nolūkiem, tie lielās vislielākā mērā likumu iespēt pildīt mūsu centieniem, kas ir pret evaņģēlisko un apustuļu mācību. Arī 1. Jāņa vēstulē 5 saka viņa baušļiem nebūt smagiem,⁶⁵ bet tiem, kas no Dieva dzimuši, tas ir, kas tic Kristū un seko atdzīvinošajam garam, kā jau iepriekš to paziņoja, un pievieno, citādi bez tā būtu jūgs, un nasta nepanesama, kā Apust.d. saka Pēteris.

Tas nozīmē, ka likums ir izdots, lai mēs dzīvotu, bet, ja to piepildīt nevaram, samaitātajai dabai cīnoties pretī, tas kļūst

⁶³ Norāde uz devīto bausli Exodus 20:17 Tev nebūs iekārot sava tuvāka namu. Tev nebūs iekārot sava tuvāka sievu, nedz viņa kalpu, nedz viņa kalponi, nedz viņa vērsi, nedz viņa ēzeli, nedz ko citu, kas tavam tuvākam pieder."

⁶⁴ Gal 3:10 Proti, visi, kas dzīvo bauslības darbos, ir zem lāsta; jo ir rakstīts: nolādēts ir ikkatrs, kas netur un nedara visu to, kas ir rakstīts bauslības grāmatā.

⁶⁵ 1. Jāņa 5:3 Jo šī ir Dieva mīlestība, ka turam Viņa baušļus, un Viņa baušļi nav grūti;

mortis est organum, Et adeo nihil profectum est lege, ut concupiscentia per eam magis irritata coeperit fremere adversus iudicium, et voluntatem dei, eiusque in nobis odium excitare, quemadmodum oportuit, idque per legem contingit corruptam naturam irritantem.

[7:8b] Siquidem absque lege

Sensus est: Ni lex mihi in corde peccatum ostendisset, meque illius sensus conterrisset, non ita peccandi tyrannis eferbuisset. Exemplo impetuosi, ac rapacis fluvii, cuius impetus tum primum maxime sentitur, cum fluxum eius cohibere volueris. Disserit autem Apostolus hoc loco diligentissime de vi legis, quam nisi agnoverimus, non possumus intelligere, quid sit evangelica gratia, per Christum praestita. Proinde legis opus est ostendere peccatum, et deterrere conscientiam. Confusio autem facit, ut irascamur deo, adeoque iudiciis eius. Est igitur virtus peccati lex.

[7:9] Ego autem

Sensus est: fuit tempus, cum mihi iustus viderer, ac legem optime exprimere, cum vincerem omnes hypocrisi coetaneos meos, lege necdum cor meum illustrante, ac peccatum ostendente, atque tunc quidem peccatum conquiescebat nec palam concupiscentia irascebatur deo. At cum per legem ostendisset mihi peccatum exuscitatum est peccatum, ego autem confusus inhorruui, ac mortuus sum. Quippe ob legem, vitae fontem deum odio habens.

[7:13] Immo peccatum

Ordo et sensus est. Peccatum, id est, peccandi tyrannis, facta est mihi, per praeceptum mortis occasio ut appareret, id est, cognosceretur peccatum mihi gignere mortem. Per id quod erat bonum, id est, bonam dei legem, ut peccatum, id est, vitiata, et corrupta natura, fieret supra modum peccans, id est, augens peccatum per praeceptum, hoc est irritationem peccati, dum etiam id, quod natura bonum est, nempe dei praeceptum, vertit in perniciem mortis, ut egregie peccaret conscientia.

[7:14a] Scimus enim quod lex

Nunc tandem aperit. Quomodo lex divina corruptae naturae sit peccandi occasio. Nam illa spiritualis est, exigens innovatos affectus, nos autem sumus carnales, id est, affectibus legi divinae repugnantibus. Idcirco per legem exuberat peccatum. Iam cum lex intus in spiritu, impleri velit. Omnis autem cogitatio humani cordis prona sit in malum, ipsumque cor humanum, affectuum origo pravum, consequitur neminem dei legem suis conatibus implere, sed deum legis authorem,

par nāves instrumentu. Un tādējādi ar likumu nekas nav panākts, jo apziņa caur to sadusmota vairāk sāk drebuļot pret tiesu un Dieva gribu, un sāk izraisīt naidu mūsos pret viņu, kā tam vajadzētu iznākt, tā ka caur likumu panāk samaitātās dabas sadusmošanos.

Tas nozīmē: Ja likums man sirdī grēku nebūtu parādījis, un mani ar tā sajušanu nobiedējis, grēkošanas vara tā nebūtu iedegusies. Piemēram, kā uzbrūkoša un aizraujoša straume, kuras uzbrukumu tad visvairāk sajūtīsi, ja tās plūsmu gribēsi iegrozīt. Apustulis ļoti centīgā veidā šajā vietā apziņā iestāda sapratni par likuma spēku, ko, ja neatpazīsi, nevarēsim saprast, kas ir caur Kristu dotā evaņģeliskā žēlastība. Tāpēc likuma darbība ir parādīt grēku un nobiedēt apziņu. Bet tas rada apjukumu, tā ka dusmojamies pret Dievu itin kā tā tiesnesi. Tādējādi likums ir grēka darbība.

Tas nozīmē, ka bija laiks, kad sev šķitu taisns un likumam vislabāk atbilstošs, kad ar divkosību biju uzvarējis visus manus centienus, likums vēl neapgaismoja manu sirdi un vēl grēku neuzrādīja, un tad arī grēks klusēja un atklāti apziņa nedusmojās uz Dievu. Un kad caur likumu man parādīja grēku aizdegamies no grēka, tad es šausmās apjuku, un kā miris nu biju. Jo likuma dēļ dzīvības avotu Dievu es ienīdu.

Kārtība un doma šāda. Grēks, proti, grēkošanas vara, tapa man caur bausli, kā izrādījās, nāves iespēja, proti, grēks saprata, ka manī rada nāvi. Caur to, kas bija labs, tas ir, caur Dieva labo likumu, lai grēks, proti, nelietīgā un samaitātā daba taptu pāri mēram grēkojoša, kas audzētu grēku caur bausli, tas ir, grēka sadusmotību, kamēr tas, kas pēc dabas ir labs, proti, Dieva bauslis pārvērstos par nāvīgu pazudinātāju, lai ārkārtīgi grēkotu apziņa.

Beidzot nu ir skaidrs, kādā veidā samaitātās dabas dievišķais likums ir iespēja grēkošanai. Jo tas ir garīgs, kas izvelk atjaunotas tieksmes, bet mēs esam miesīgi, tas ir, pretojošies dievišķā likuma dzinuljiem. Tamdēļ grēks augļojas no likuma. Vēl kad likums iekšēji garā, tas grib jau pavairoties. Bet jebkura cilvēka sirds doma ir ar noslieci uz ļaunu, un pati cilvēka sirds, nelietīgo tieksmju sākums, nevienam Dieva likumu ar saviem centieniem nesekmē piepildīt, bet Dievu, likuma

odio habere, et malle legem non esse, etiam si foris opera simulet, afferreque ad legem manus et pedes, sed non cor, quod unum deus requirit.

[7:14b] At ego carnalis

Carnalis homo, id est, spiritu dei non illustratus et roboratus, seipsum tantum amat, sua tantum quaerit, suae prudentiae et iustitiae nititur, cum lege ex diametro pugnans, quae praecipit deum solum diligere, ac proximum iuxta nos ipsos, et ex solo deo pendere. Id enim vult, Non facies tibi dolum. Id autem facimus dum vel nosipsos, vel quodcunque praeterea supra ipsum deum metuimus, diligimus, aut confidimus.

[7:15] Quod enim ago

Declarat exemplum de se propositum. Quemadmodum autem ab eo loco, cum essemus in carne, carnalem hominem depinxit, ita nunc partim iustificatum, ut qui mortificari coeperit, describit, qui, quid facto opus sit, cernat quidem, sed veteri affectu necdum mortificato, implendi vires non habeat.

[7:18] In carne mea

Carnem totum hominem dicit, cum suis studiis, et conatibus, etiam optimis, sine adiutorio spiritus sancti, quia nihil potest nisi peccare, cum mala sit arbor, quae non facit fructus bonos, licet probitatem in oculis hominum simulet.

[7:22] Secundum internum hominem

Internus homo non est ratio humana, sed ipse spiritus per verbum fidei conceptus, qui non potest non delectari in lege dei, deumque amare, et credere, quippe ex quo conceptus est, et natus.

[7:23] Rebellan. Legi mentis meae

Mos est Paulo usurpare vocabulum Noūç, id est, mens pro iudicio spiritus, ut renovamini spiritu mentis vestrae, et recte pro spiritu usurpat, nam apud carnem non est iudicium, quae caeca est.

[7:24] Miser ego homo

Cum longa iam oratione peccati vim recensuerit, et hominem cum affectibus suis luctantem depinxerit, nunc contra hanc miseriam exclamat. Potest ex hoc capite agnosci, quatenus habeamus liberum, ut aiunt, arbitrium, nempe quantum ad externa opera spectat, non affectus, iuxta quos deus nos metitur. Quae autem potest esse sine spiritu dei libertas, cum

avotu, grib turēt naidā, un labāk ka likuma nebūtu bijis nemaz, arī ja ārēji darbus simulētu⁶⁶, it kā dodot likumam rokas un kājas, bet ne sirdi, ko tikai Dievs pieprasa.

Miesiskais cilvēks, tas ir, ar Dieva garu neapgaismots un nenostiprināts sevi pašu tikai mīl, sevīm tikai pieprasa, savā gudrībā un taisnībā balstās, ar likumu pretī tam cīnoties, kas pavēl tikai Dievu un tuvāko mums līdzās mīlēt, un tikai no Dieva būt atkarīgiem. Jo to tas grib: Nepiekrāp pats sevi. Bet to mēs darām, kamēr vēl sevi pašus vai jebko citu izņemot pašu Dievu bijājamies, mīlam un uzticamies.

Rāda kā piemēru sevis apņemšanos. Tā kā no tās vietas, kur mēs esam miesā, apraksta miesīgu cilvēku tagad daļēji taisnotu, kurš grēku tā kā mirdināt sācis, bet kad kam vajadzētu sākt notikt, kaut ko uzrāda, bet vecajām tieksmēm vēl nenomirdinātām esot, piepildīšanas spēkus neatrod.

Visu cilvēku sauc par miesu, kad saviem centieniem un pūliņiem, lai arī vislabākajiem, bez svētā gara palīdzības neko nespēt kā tikai grēkot, jo ļauns ir koks, kas nenes labus augļus, lai arī godīgumu simulē cilvēku acīs.

Iekšējais cilvēks nav cilvēciskais saprāts, bet pats gars caur vārdu ticībā ieņemts, kurš nevar citādi kā priedēties Dieva likumā, un Dievu mīlēt un ticēt, jo, no kā ir ieņemts un arī dzimis.

Paulam ir paradums lietot vokābuli Noūç, tas ir, prāts kā gara spriedums, lai jūs atjaunotu jūsu prāta garu, un patiesi kā garu lietotu, jo pie miesas nav sprieduma, kas ir akla.

Kad ar garu lūgšanu attēloja grēka spēku un uzzīmēja cilvēku cīnāties ar savām tieksmēm, tad nu pret šo nožēlojamību izsaucas. No šīs nodaļas iespējams uzzināt, ciktāl mums ir tā sauktā brīvā griba, patiesi, tā ļoti vērsas uz ārējiem darbiem, bet ne tieksmēm, pēc kurām Dievs mūs mēra. Kāda var būt bez Dieva gara brīvība, kad šis tirāns mūsu grēks mūsu miesā

⁶⁶ kaut ko darītu

ille tyrannus noster peccatum, in carne nostra negotium faciat, etiam viris spiritu exundantibus? Quis enim sanctorum fuit unquam, qui non deploraverit hanc servitutem, imo captivitatem, cum ipse apostolus hic exclamet. Ea autem lex membrorum, est peccati ardor, et impetus ad peccatum, nobis congenitus. Est autem exclamatio. q.d. assidue collector cum malis et carne, quando ergo colluctatio haec prorsus abolebitur?

[7:25a] Gratias ago

Ostendit per quem sit liberatus, nempe, cui gratias agit, qui spiritum suppeditat vivificantem, adeoque affectus innovantem, non quod iam prorsus liberatus sit, cum subiungat, quod carne serviat legi peccati, sed quod coeperit iam liberatio, in morte absolvenda.

[7:25b] Itaque idem ego

Epilogus est. Observa autem, ut non iustificemur toti, quam diu in hoc corpusculo vivitur. Sed licet a baptismo coeperit iustificatio, tamen in morte primum completur. Hinc apostolus subinde iubet, ut renovemur spiritu mentis nostrae. Et ad Philip. se, ait, nondum accepisse, nondum perfectum esse, sed sequi, ut comprehendat. Proinde quatenus spiritu novati sumus, liberi sumus, quatenus caro et vetustas sumus, sub lege sumus. Quanquam credentibus, quod reliquum est vetustatis, propter fidem condonetur.

Caput VIII

[8:1] Nulla igitur nunc est condemnatio his, qui insiti sunt Christo Iesu. Qui non iuxta

Sensus est, Quanquam usque sint in nobis peccatorum reliquiae, liberos tamen nos esse ab omni maledicto, adeoque et fide iustificatos, ut nihil nos damnare possit, etiam lex neglecta. Si tamen iuxta spiritum versemur, eum autem vocat novum illum affectum, et motionem Christi spiritus fide concepti, qui affectus carnis mortificat, non inde quod lex id praecipiat, sed quod natura spiritus sit, ut non possit non mortificare carnem.

[8:2] Liberum me reddidit

darbojas, arī gara spēkiem viņojoties. Jo kurš no svētajiem kādreiz bijis, kurš nav apraudājis šo verdzību, patiesi gūstniecību, kā pats apustulis šeit izsaucas. Bet šis likums miesas locekļos ir grēka degsme un dzinulis, uz grēku dzimis reizē ar mums. Bet ir izsauciens: Neatļaidīgais pretinieks Jaunajam un miesai, kad reiz šis cīkstiņš izbeigsies?

Viņš rāda, caur ko ir atbrīvots, proti, kam pateicas, kurš apgādā ar atdzīvinošu garu līdz pat tam, ka tieksmes atjauno, bet ne tā ka jau būtu patiesi atbrīvots, kad vēl pievieno, ka ar miesu kalpo grēka likumam, bet kas sāk jau atbrīvoties, līdz kad nāves atbrīvotībā tas noslēgsies.

Noslēgums. Bet ievēro, ka netiksim pilnībā taisnoti, kamēr šajā mieseklī būs jādzīvo. Bet lai arī ar kristību ir sākusies taisnošana, visbeidzot tomēr nāvē būs piepildījums. Šeit apustulis bez mitas pavēl, lai mēs atjaunotos prāta garā. Un kā filipiešiem saka:⁶⁷ Pašam vēl ne saņēmušam, vēl ne pilnīgam esot, bet dzenoties, lai satvertu. Tādēļ, par cik garā atjaunoti esam, brīvi esam, par cik miesa un vecais cilvēks esam, zem likuma esam. Lai arī ticīgajiem kas palicis no vecā cilvēka, ticības dēļ tiek atļauts.

Astotā nodaļa

Tas nozīmē. Lai aizvien vēl mūsos ir grēku pārpalikumi, tomēr brīvi no jebkāda lāsta esam kā arī ticībā taisnoti, ka nekas mūs nespētu pazudināt, lai arī likums nav ievērots. Ja tomēr pēc gara dzīvojam, bet tā sauc to jauno tieksmi un Kristus kustību ieņemtu ticības garā, kas miesas tieksmes nokauj, tomēr ne tā, ka likums to pavēl, bet kas gara dabā ir, kas nevar nenogalināt miesu.

⁶⁷ Filip 3:12 Nevis, ka es to jau būtu saņēmis vai jau būtu pilnīgs, bet es dzenos, lai to satvertu, tāpat kā arī mani satvēris Kristus Jēzus.

Spiritus hic est Christi fide conceptus, quoniam ille affectus credentium immutat, ut etiam nulla existente lege, libero spiritus impetu rapiantur in legem, quodque illa praescribit, praestent. Non inde quod illa exigat, sed quod voluntas, id est, affectus illorum sit in lege domini, ut habet psalmus. Idcirco liberati sunt a iure peccati, et mortis, quorum etsi adhuc reliquias sentiant in carne, tamen ob fidem non imputantur.

[8:3a] Sub specie carnis

Caro seipsam tantum amat, ac sua quaerit, suaeque prudentiae ac viribus nititur. Cum deus se supra omnia amandum velit, ac primum, id est, prae omnibus, suum regnum quaerendum, Deinde omnem curam, et sollicitudinem in se proiciendam, quia ipsi curae sumus. Et ita ex diametro affectus carnis cum lege dei pugnat. Quemadmodum et Iacobus ait, Amicus huius seculi dei inimicus constituitur.

[8:3b] De peccato condemnavit

Peccatum peccandi tyrannidem, morbum scilicet naturae, eiusque autorem diabolum accipe. Nam dum ille in innoxium saevit, perinde atque caeteros mortales, quem vidit nobis in omni infirmitate foris similem, praeter peccatum, ac secum scribas in eius odium armat, per necem eius condemnatus est, iugulato, et ut alibi ait, exhausto, id est, in totum sublato peccato, per carnem eius, quae hostia est pro totius mundi peccatis. Hinc dominus ad Pilatum de diabolo caedis suae autore primario, Qui, inquit, tradidit te mihi maius peccatum habet. Proinde sensus est: Cum impossibile esset lege liberari a peccato, et morte, deus filium suum tradidit, per quem damnatum et oppressum est peccatum et mors, ne amplius in nos ius habeant.

[8:4] Ut iustificatio legis

Sensus est, Non satis erat lex, quae ostenderet quid faceremus, sed oportet etiam spiritum conferri per Christum, qui nos ad legem amandam inflammaret. Quia lex affectum etiam obstringit, Affectus autem nostri, quia carnales sumus, reluctantur legi dei. Proinde impossibile est legem impleri humanis conatibus. Ob id misit deus filium suum, ut legi

Šis gars ir Kristus ticībā ieņemts, jo tas ticīgo sirdis izmaina, ka, lai arī nekāda likuma vairs nav, ar brīvu garu tiekam ierauti likumā, un, lai ko tas pieprasītu, tiks izpildīts. Tad, ne ka likums prasītu, bet ka griba, tas ir, viņu nodoms būtu Kunga likumā, kā saka Psalmus. Tādējādi, atbrīvoti no grēka un nāves tiesībām, kuru paliekas ja arī vēl sajūtamās miesā, ticībā pierēķinātas netiek.

Miesa tikai sevi mīl un savu prasa un savā gudrībā un spēkos balstās. Kamēr Dievs grib viņu pāri visam lai mīlam un vispirmo, tas ir, par visu visvairāk viņa valstību lai meklējam, pēc tam visu rūpi un bažīšanos uz viņu lai vēšam, tāpēc ka paši esam mēs viņa aprūpē. Bet, otrādi, miesas centieni ar Dieva likumu cīnās, līdzīgi kā Jēkabs sacīja: Šī laika draugelis Dievam ienaidnieks tiks nolikts.⁶⁸

Grēku uzskati par grēkošanas varu, proti, ļaunuma dabu, un tā iesācēju būt Sātānu. Jo kamēr tas pret nevainīgo⁶⁹ līdzīgi kā pret pārējiem mirstīgajiem trako, kuru redz mums ārēji līdzīgu ikvienā vājībā, izņemot grēku, un līdzās sev rakstu mācītājus savā naidā apbruņo, notiesātais⁷⁰ par tā slepkavību, nožņaudzot, un kā citur saka, izdeldējot grēku pilnībā, tas ir, pilnībā uzkrājot to uz savas miesas, top par upuri par visas pasaules grēkiem. Šeit Kungs saka Pilātam par savas nāves rosinātāju Sātānu: Kurš nodeva mani tev, vairāk ir grēkojis. Tādēļ jāsaprot tā. Tā kā nebija iespējams ar likumu atbrīvot no grēka un nāves, Dievs nodeva savu dēlu, caur kuru grēks un nāve tika notiesāti un pārspēti, lai nebūtu vairs tiem tiesību pār mums.

Tas nozīmē: Pietiekams nebija likums, kurš norādīja, ko lai darām vai nedarām, bet vajag arī garu pievienot no Kristus, kurš iedvesmotu mūs likumu mīlēt. Jo likums arī dziņu ierobežo, bet mūsu dziņa, kas ir miesīga, cīnās pret Dieva likumu. Tādējādi nav iespējams likumu piepildīt ar cilvēciskiem centieniem. Dēļ tā Dievs sūta savu dēlu, lai ar

⁶⁸ Jēk. 4:4. ...vai jūs nezināt, ka šīs pasaules draudzība ir Dieva ienaidība?

⁶⁹ Kristus

⁷⁰ Kristus. Sātans minēts vārdā, bet Kristus paslēpts aiz vārdiem *nevainīgais* un *notiesātais par Sātana slepkavību* – to ievērojot, teikums ir jālasa.

satisfaceret pro nobis, suumque spiritum, per fidem nobis communicaret, cuius motionibus pareremus perinde atque in carne versantes cupiditatibus parebamus.

[8:5] Nam qui carnales sunt

Annota: Quare nonnulli adeo reluctantur hodie emergenti veritati. Nimirum quia caro sunt, id est, sua tantum quaerunt, non dei, dum spiritu illius illustrati, et renovati necdum sint. Ergo non mirum si Esau persequebatur Iacob, et carnalis Israël spiritualem. Nam simile in Apostolis, et carnalibus Iudaeis est cernere. Proinde sensus est. Qui spiritu dei illustrati non sunt, ipsumque necdum gustarunt, licet interdum virtutibus praediti, in speciem, videantur, et ad honesta suis conatibus eniti, tamen quia id non fit ex commotione spiritus sancti, sed carnali quodam affectu, Nempe vel timore paenae, vel amore laudis, vel premii, aut caeterorum alicuius, non faciunt quicquam deo gratum, cum se, non deum spectent. Contra, qui secundum spiritum sunt, id est, quos illustravit, et sui communionem perfudit, in his est sensus dei, ac in deum fiducia, amorque illius, quaeruntque hi nihil suum, sed dei solius gloriam, cui et innituntur.

[8:6] Mors est

Nam deum vitae fontem non respicit, sed seipsam tantum amat, sua quaerit, sibi, prudentiae suae, ac suis viribus nititur. Quae omnia spiritus monet in deo quaerenda. Affectus autem spiritus vita, quia quicquid habet virtutum, non suis conatibus, sed divinae munificentiae tribuit, qui ipse spiritus sanctus est, deus, et vitae et conscientiae tranquillitas adeoque regnum dei ut infra ait.

[8:7] Propterea quod affectus

Caro seipsam tantum amat, ac sua quaerit, suaeque prudentiae ac viribus nititur, cum deus se super omnia amandum velit, ac primum, id est, prae omnibus, suum regnum quaerendum. Deinde omnem curam, et sollicitudinem in se proiciendam. Quia ipsi curae sumus. Et ita ex diametro affectus carnis cum lege dei pugnat, quemadmodum et Iacobus ait. Amicus huius seculi dei inimicus constituitur.

[8:9] Si quidem spiritus dei

Annota certissimum Christiani pectoris signum, Nempe Christi spiritus esse participem, ut nihil agant qui foris pietatem venditant. Regnum dei intra nos est. Nimirum

likumu par mums gandarītu, un savu garu caur ticību mums nodotu, kura kustībai mēs paklausīsim, līdzīgi kā mēs paklausām miesā mītošajām kaislēm.

levēro: Kādēļ daži šodien tik ļoti cīnās pret parādījušos patiesību? Nav brīnums, jo viņi ir miesa, proti, viņi meklē tikai savu, bet ne Dieva labumu, kamēr vēl nav viņa gara apgaismoti un atjaunoti. Tādēļ nav jābrīnās, ka Ēzavs vajāja Jēkabu, un miesīgais Israēls -- garīgo. Tāpat kaut ko līdzīgu var redzēt pie Apustuļiem vai miesīgajiem jūdiem. Tādēļ jēga ir tāda. Tie, kuri nav Dieva gara apgaismoti, vēl nav viņu pašu baudījuši, pat ja reizēm šķietami izskatās apveltīti ar tikumiem un godīgi nopūlējušies savos centienos, tomēr to nedara pēc svētā gara rosinājuma, bet pēc kādas miesiskas tieksmes, proti, vai nu bailēs no soda, vai mīlot slavu vai atalgojumu, vai kādu citu iemeslu dēļ viņi nedara kaut ko tīkamu Dievam, jo skatās uz sevi, nevis uz Dievu. Turpretī tajos, kuri ir saskaņā ar garu, tas ir, kurus tas apgaismo un pārpilda ar savu kopību, tajos ir Dieva gudrība un pašāvēība Dievā, un viņa mīlestība, un tādi nemeklē neko no sevis, bet tikai Dieva slavu, kurā tie arī balstās.

Jo tāds Dievu kā dzīvības avotu neuzlūko, bet tikai savu paša mīl, savu meklē, sevī, savā gudrībā un savos spēkos balstās. Visu to gars mudina Dievā meklējamu. Bet gara dziņa ir dzīvība, jo kurā vien ir ticības darbība, ne saviem centieniem, bet dievišķajam dāsnumam nododas, kurš ir pats svētais gars, Dievs un dzīvība, un apziņas rāmums līdz pat Dieva valstībai, kā saka vēlāk.

Miesa tikai sevi mīl un savu meklē, un savā gudrībā un spēkā balstās, kamēr Dievs grib, lai viņu pār visu mīlam, un vispirmāk, visa cita priekšā, viņa valstību lai meklējam. Tādēļ visu savu rūpi un bažu viņā lai liekam. Jo paši esam vien viņa aprūpējamie. Un tā, pretēji tam, miesas dziņa ar Dieva likumu cīnās, kā arī Jēkabs sacīja: Šīs pasaules draugs būs Dieva ienaidnieks.⁷¹

levēro visdrošāko kristieša krūts zīmi, proti, Kristus garu būt līdzdalīgu, lai neko nedarītu, kas dievbijību ārēji iztirgotu. Dieva valstība ir mūsos. Bez šaubām, taisnība sasniedzama

⁷¹ Fragmenta [8:3a] *Sub specie carnis* daļējs atkārtojums

iustitia per fidem consecuta, et pax, id est, conscientiae tranquillitas, et gaudium in spiritu sancto. Quod regnum dei, id est, motiones, et raptus quosdam inter nos si non sentias, frustra christianum nomen portas. Hinc alibi arrabonem eum vocat, quo credentium corda obsignata sunt. Nimirum dum ille conscientis nostris adest, evangelizatque propitium nobis esse deum, ac testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii dei. Hinc et alibi monet ne spiritum extinguamus aut contristemus. Nimirum ne gravibus flagitiis illum ex cordibus nostris profligamus.

[8:10] Mortuum est

Non revera corpus moritur illabente nostris mentibus Christi spiritu, sed natura eius est paulatim carnem et eius affectus mortificare, ut quemadmodum spiritus quotidie augetur in his quos occupaverit, ita et caro quotidie deficere et intermori incipit. Hinc supra, existimate vos, inquit, ipsos mortuos peccato, viventes autem deo. Simile 1.Pet.4.

[8:12] Ut secundum carnem vivamus

Sensus est: Debemus quidem multa non carni, id est, nostris ipsorum conatibus aut affectibus (cum nihil ex nobis valeamus, nisi nos perdere, ut ait dominus per Ose. affectusque nostri ex corrupta natura, pravi sint, ut non simus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, tanquam ex nobis) sed vivificanti et iustificanti spiritui, qui nos in dei filios adoptat, redditque testimonium spiritui nostro, quod simus filii dei. Dissertit autem hactenus de lege, peccato et gratia, nunc per epilogum consolatur et adhortatur.

[8:14] Quicumque spiritu

Simile ad Gal. Si spiritu dei ducimini, non estis sub lege. Duci autem illud nil aliud est, nisi interna dulcedine affectum excitari, ac impetu quodam impelli, ut hilares, spontanei, adeoque ex libera charitate praestemus, quicquid deo gratum noverimus, lege eius per spiritum edocti, quod qui faciunt, non sunt sub lege, quae iustis non est posita, sed iis, qui adhuc servili metu inviti et reluctantibus affectibus abstinent malis, et bona vel tanquam pueri promissis allecti, vel minis deterriti faciunt. Huiusmodi autem innovatum affectum non natura, non lex, sed fides in Christum praestat, iuxta illud: Dabo legem meam in visceribus eorum, et in corda eorum scribam illam, et auferam a vobis cor lapideum etc. Sic nemo venit ad Christum, nisi pater traxerit eum, non invitum, sed ultronea charitate. Quia trahit sua quemque voluptas. Hinc sponsa,

caur ticību tāpat kā miers, dvēseles rimtums un prieks svētajā garā. Ja Dieva valstību, proti, kādu tās kustību vai dzinuli sevi nejūti, velti kristieša vārdu nesi. Tā citur to sauc par ķīlu, ar ko ticīgo sirdis ir apzīmogotas. Nav brīnums, kamēr tā mūsu apziņās ir klāt, un evaņģelizē Dievu būt labvēlīgu pret mums, un iedod mūsu garā liecību, ka esam viņa dēli. Šeit un citur brīdina, lai garu neapdzēšam vai neapbēdinām. Patiesi, lai ar smagiem apkaunojumiem no mūsu sirdīm to neizraujam.

Miesa pa īstam nemirst Kristus garam ielīstot mūsu prātos, bet viņa dabā ir miesu un tās tieksmes pamazām mirdināt, lai tāpat kā gars ikdienas pieaug tajos, kuros ir iemitinājies, tā miesa ik dienas paliktu zaudētāja un sāktu atmirt. Tā augstāk saka: Domājiet sevi esam pašus mirušus grēkam, bet dzīvus Dievam. Līdzīgi 1.Pētera 4.⁷²

Tas nozīmē: Mums taču vajag daudz lietas nevis ar miesu, tas ir, mūsu pašu centieniem vai nodomiem (jo neko no sevis mēs nespējam, kā vien tikai pazudināt, kā saka Kungs caur Hoseju, un mūsu nodomi ir samaitāti pēc dabas, ir netikli, ka neesam pietiekami kaut ko iedomāties no sevis tā kā no sevis vien), bet dzīvošanā un taisnojošanā garā, kas mūs par Dieva dēliem adoptē, un atgriež liecību mūsu garam, ka Dieva dēli esam. Bet tiktāl diskutēja par likumu, grēku un žēlastību, tagad nobeigumā mierina un uzmundrina.

Līdzīgi galatiešiem saka. Ja tiksiet vadīti Dieva garā, jūs nebūsiet zem likuma. Bet tikt vadītam nenozīmē neko citu, kā tikai iekšējā sirds jaukumā atrasties, un ar kādu dzinuli tikt iekustinātam, lai priedīgi un nepiespiesti un patiesi no brīvas mīlestības dotu, ko vien Dievam patīkamu mēs apzinām, viņa likumā caur garu apmācīti, ko kad ja darītu, nebūtu zem likuma, kas nav likts taisnajiem, bet tiem, kas vēl verdziskās bailēs pret savu gribu ar pretošanās nodomiem mēģina atturēties no ļaunā, un labu dara vai nu kā bērni apsoliņuma vilināti, vai kā draudiem iebiedēti. Šāda veida atjaunotu nodomu ne daba, ne likums, bet ticība Kristū dod saskaņā ar šo: Došu savu likumu viņu mīlestībā un to ierakstīšu viņu sirdīs, un izņemšu no jums akmens sirdi, etc. Tā neviens nenāk pie Kristus, ja tēvs to neatvelk, ne piespiesti, bet ar brīvprātīgu

72 1. Pētera 4:6 Jo tādēļ arī mirušiem ir prieka vēsts sludināta, lai tie kā cilvēki būtu tiesāti miesā, bet dievišķā veidā dzīvotu garā.

trahe inquit, me post te. Chrysostomus super Matth.4. Non sunt contenti filii dei sedere ociosi, sed urget eos spiritus aliquod magnum opus eos apprehendere. Et Gregorius in Homilia. Nunquam amor dei ociosus est, operatur enim magna si est, si autem operari desinit amor non est.

[8:15a] Non enim accepistis spiritum servitutis

Spiritum servitutis et timoris lex ministrat, quae terret confundit, ream agit, adeoque occidit conscientiam, dum peccatum ostendit. Quia per legem cognitio peccati, nam ob id ministratio mortis dicitur, et spiritus servitutis, quod invito metu a malis cohibeat, aut promissis ad bona alliceat. Spiritum autem adoptionis evangelium ministrat, quod serenata conscientia affectus transformat, facitque ut voluntas nostra sit in lege domini.

[8:15b] Spiritum adoptionis

Vox est fidei gratulantis sibi ob misericordiam dei, et oblectantis se contemplatione amplitudinis, et gloriae gratiae dei. Sicut illud psal. Quam magna multitudo dulcedinis tuae domini.

[8:15c] Per quem clamamus, Abba pater

Clamor hic non oris est, sed cordis, non vocis, sed affectus. Nam ubi fide degustavimus misericordiam dei, bonitatemque eius cognovimus per verbum evangelii condonantis peccatum, promittentis gratiam, non potest animus non redamare deum, ac gestire, ac gratitudinem suam mutuo aliquo officio, pro tanta misericordia testari.

Id hic significantissime dicit clamare, pater. Simile ad Galat.4. Sonat autem Abba, annotante Eras. Syris patrem, quam vocem primum pueri sonare discunt, estque patribus auditu gratissima. Quod autem, O pater, potest esse conduplicatio, faciens ad emphasim affectus, potest et esse peregrinae vocis interpretatio, vel certe per ἀναδίπλωσιν, id est, repetitionem esse dictum. Cum is loquendi modus Hebraeis sit peculiaris. Ἐπιτάσιος, id est, intentionis gratia nunc eandem vocem iterantibus, nunc eandem, alia idem valente, reddentibus, ut Dominus dominus noster, deus deus meus: hisdem verbis compellat patrem dominus orans. Observa autem quantae sit fiduciae hanc deo cationem ex toto affectu occinere, nimirum non nostris meritis, aut demeritis freti, aut diffisi ea facimus, vel omittimus, sed fiducia spiritus nobis testimonium

mīlestību. Jo baudu dzīve velk ar savu ikvienu. Tā saka: Līgava, velc mani sev līdzī.⁷³ Hrizostoms saka par Mat.4. Dieva dēli nav ar mieru sēdēt laiski, bet gars tos mudina pieķerties kādam lielam darbam. Un Gregorijs Homīlijās: Dieva mīlestība nekad nav laiska, jo tā dara lielas lietas, ja tā ir, bet ja tā pārstāj būt darbīga, tad tā nav mīlestība.

Likums pārvalda verdzības un baiļu garu, kurš iebiedē, kaunina, dara par atbildētāju tiesā un vēl nokauj sirdsapziņu, pa tam atrādot grēku. Jo caur likumu ceļas grēka domāšana, jo tādēļ tā tiek saukta par nāves kalpošanu un verdzības garu, jo, iebiedējot no ļaunā, attur pret gribu, vai ar apsolījumiem uz labu vilina. Bet evaņģēlijs rada adopcijas garu, kas ar skaidru apziņu sirds domas pārveido un panāk, ka mūsu griba būtu Kunga likumā.

Tā saucas ticības priecāšanās vārds par Dieva žēlsirdību viņam, un iepriecinošā plašuma kontemplācijā viņā, Dieva žēlastības slavā. Tā kā Psalmā: cik daudzskaitlīgi tavi jaukumi, Kungs.

Šis kļiedziens nenāk no mutes, bet no sirds, ne ar balsi, bet ar sajūtu. Jo kad ticībā baudījām Dieva žēlsirdību un iepazinām viņa labumu caur evaņģēlija vārdu, piedodot grēku un solot žēlastību, nevar sirdsprāts neiemīlēt Dievu, kā arī alkt, lai savu pateicību neapliecinātu savstarpējā kādā kalpošanā par tādu žēlsirdību. To šeit viszīmīgākā veidā izsaka saucot, Tēvs. Līdzīgi arī galatiešiem 4. Bet nozīmē 'Abba' sīriešiem 'Tēvs', kā atzīmē arī Erasms, un šo vārdu kā pirmo iemācās skolnieki un to ir tēviem vispatīkamāk dzirdēt. Bet tad Ak tēvs! būtu atkārtojums, izsakot izjūtu ar uzsvaru, vai arī tulkojums no svešās valodas, un, protams, ar ἀναδίπλωσιν, proti, ar atkārtojumu izteikts. Jo šis izteiksmes veids ebrejiem ir īpaši raksturīgs. Ἐπιτάσιος, tas ir, kāpinājuma dēļ vai nu tos pašus vārdus atkārtojot, vai nu to pašu citādi spēkā panākot, kā: Kungs, mūsu Kungs, Dievs, Dievs mans, ar šādiem pat vārdiem lūdzot tēvu, attiecinot uz Kungu. Ievēro arī, kādā pašāvēībā Dievam dziesmu no visas sirds mēs brēktu, bez šaubām, ne mūsu nopelna vai trūkuma pašāvēībā, vai vīlušies to darītu vai nedarītu, bet gan dodot mūsu gara pašāvēības liecinājumu, kamēr Dievu ar visiem sirds spēkiem tikai viņa apsolījuma vārda dēļ novērtējam.

⁷³ Au.dz. 1:4 Velc mani sev līdzī, tad tecēsim mēs! Ķēniņš ievada mani savās dzīvojamās telpās." - "Mēs priecājamies un esam iepriecinātas par tevi; mēs kavējamies domās vairāk pie tavas mīlestības nekā pie vīna. Rimtās un tikušās jaunavas mīl tevi."

perhibentis, dum totis animi viribus iuxta solum promissionis suae verbum, deum aestimamus.

[8:17] Patimur

Annota unicam ad vitam perveniendi viam, nimirum Christo compati, commori, et mortificari affectus, et voluntatem nostram, ut vere alibi dixerit, Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum dei. Hoc etiam ea lege voluit intelligi deus, cum sanxit sabbatum sanctificandum, nimirum ut vacemus ab operibus nostris, toleremusque in nobis opus dei, mortificationem nostri, quocunque id tandem modo fuerit factum, sive a daemonibus, sive malorum hominum persecutionibus, aut aegritudinibus, aut adversis, omnia enim nobis cooperantur in bonum, volente ita patre nostro, sine cuius nutu nec passerulus cadit super terram, Quique omnes capitis nostri capillos numeratos habet.

[8:18] Ad gloriam

Gloriam eam dicit, de qua Esaias.47. Et 1.Corint.2. Oculus non vidit, auris non audivit, nec in cor ascendit, quae praeparasti deus diligentibus te. Et nunc iam filii dei sumus, nimirum adoptione spiritus, sed non apparuit, quod erimus. Scimus enim, quod cum apparuerit, similes ei erimus, videbimus enim eum sicut est. Et ad Ephes. dicit, Adoptasse deum in sese, quod per magnam emphasim est intelligendum. Nempe adoptatos nos esse, non ad possessionem rerum corporalium, non ad principatum terrenum, sed in sese, hoc est, ad suam ipsius felicitatem, et in huius, quod ipse est possessionem. Inde est illa reproborum vox. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei. Occurrit ergo obiectioni pusillanimatorum afflictiones ob Christum detestantium. Similis locus est 2.Cor.4. Nam momentanea levitas etc.

[8:19] Palam fiant

Sensus est: Universitas creaturarum applaudit redemptioni piorum, sicut impiorum conscientias terret. Interim enim zizania tritico, bonum semen paleis, boni pisces malis sunt permixti, qui in extremo examine semovebuntur, quemadmodum pastor segregat agnos ab haedis.

[8:20] Quippe vanitati

Consolatur nos ab exemplo, ut toleremus afflictiones. Quoniam nobiscum rerum universitas sub corruptibilitate est, ut docet ex psal. epistola ad hebraeos primo.

levēro vienīgo uz dzīvību pārejošo ceļu, patiešām, ar Kristu kopā ciešot, mirstot un mirdinot mūsu nodomus un gribu, ko patiesi citur izteica: Caur daudzām ciešanām mums jāieiet Dieva valstībā. Šo arī gribēja Dievs ar šādu likumu tikt saprastu, kad svētīja sabata svētturēšanu, bez šaubām, lai mēs vaļinātos no mūsu pašu darbiem un sevī nestu Dieva darbus, sevis mirdināšanu, un jebko, kas vien notiktu pie mums, vai nu no dēmoniēm, vai ļaunu cilvēku vajāšanām, vai slimībām, vai nepatikšanām, viss lai mūsos lai darbojas uz labu, tā gribot mūsu tēvam, bez kā mājiena nedz zvirbulītis nokrīt uz zemes, un kurš ir saskaitījis matus uz mūsu galvas.

Runā par to pašu slavu, kuru Jesaja 47, un 1. korint. 2.⁷⁴ Acs neredz un auss nedzird, nedz sirdī uzkāpj, uz ko tu, Dievs, sagatavojis, kas tevi mīl. Un jau tagad esam Dieva dēli, bez šaubām, gara adopcijā, bet nav vēl parādījies, kas būsīm. Bet zinām, kad parādīsies, būsīm līdzīgi viņam, jo redzēsīm viņu, kāds viņš ir. Un efesiešiem saka: Dievs, kas adoptējis sevī, ko jāsaprot ar lielu uzsvaru. Jo mēs esam adoptēti ne miesiska īpašuma dēļ, ne zemes lietu pārvaldīšanas dēļ, bet priekš sevis, tas ir, sevis paša veiksmīgumam un tā, kas pats ir, īpašumā. No šejienes arī cēlušies atraidīto iebildumi. Tad lūk kādā veidā viņi ieskaitīti starp Dieva dēliem. Tādējādi mocības un iebildumi cēlušies mazdūšīgiem Kristus zāķātājiem. Līdzīga vieta ir 2.Kor.4. Jo īslaičīgs vieglums, etc.

Tas nozīmē: Visa radība aplaudē par dievbijīgo atpestīšanu, tāpat kā bezdievju apziņām liks bīties. Pa tam vēl nezāles ar kviešiem, labā sēkla ar pelavām, labās zivis ar sliktajām sajaukušās, kas pēdējā tiesā tiks atsijātas, tāpat kā gans nošķir jērus no āžiem.

Mierina mūs ar piemēru, lai panesam ciešanas. Jo viss mūsu lietu kopums ir zem maitāšanās, kā vispirmāk māca Psalmā, un vēstulē ebrejiem.

⁷⁴ 1.Kor 2:9 Bet tā ir, kā rakstīts: ko acs nav redzējusi un auss nav dzirdējusi un kas neviena cilvēka sirdī nav nācis, to Dievs ir sagatavojis tiem, kas Viņu mīl.

[8:21] Liberabitur a servitute

De innovationi coeli et terrae adeoque totius universi Petrus scribit epi.2.cap.3.

Par debess un zemes atjaunošanu kā arī visa kopumā raksta Pēteris vēstulē 2, nod.3.

[8:23] Primitias spiritus

Primitiae frugum, ac caeterarum domino consecrabantur, quae respectu totius sementis parum quid erant, ita et nos respectu gloriae, quae nobis manet, primitias tantum spiritus Christi habemus non decimas, quia ille interim mentes nostras tantum occupat, et coepta est in nobis iustificatio, non consummata, habitamus etenim adhuc in carne impura, usque dum corruptibile hoc induat incorruptionem, et efficiamur toti nova creatura, illa videlicet die, quando appropinquaverit redemptio nostra, ob quam respicere, et levare capita nostra iubemur, nimirum quod a peccatis, morte, adeoque omnibus malis redimemur.

Ražas pirmaugļus un visu pārējo Kungs svētīja, kas atbilda visa sējuma ražas labumam, tā arī mēs attiecībā uz slavu, kas mūs gaida, tikai pirmaugļus no Kristus gara esam ieguvuši, ne vēl desmito tiesu, jo pa laikam viņš tikai mūsu prātus ir aizņēmis, un mūsos taisnošana tikai iesākta, nevis pabeigta, jo mēs vēl mītam netīrā miesā, līdz kamēr tā maitājošās vietā apvilks nemaitājošos un kļūsim jaunas radības, proti, tajā dienā, kad pietuosies mūsu atpestīšana, uz ko atskatīties un galvu pacelt mums pavēlēs, bez šaubām, lai no grēkiem, nāves, kā arī no visa ļaunā mēs tiktu izpirkti.

[8:24] Si quidem spe reservati

Quemadmodum valetudinarius, a perito medico in curam susceptus, spe revaluit, itidem et nos a coelesti medico Christo suscepti, de sanitate non dubitamus, quin toti suo tempore revalebimus, interim spe tantum salvi facti. Hinc et supra gloriamur, inquit, sub spe gloriae dei. Et Ephesiis optat illuminatos mentis oculos, ut sciant quae sit spes ad quam deus vocavit. Et ad Titum, Expectantes inquit beatam spem et adventum gloriae magni dei. Usque adeo omnis christianorum salus a morte absolvitur, quemadmodum et alibi ait. Si in hoc mundo tantum speramus in Christum miserabiliores sumus omnibus hominibus. Proinde licet etiamnum filii dei sumus, tamen quia adhuc gratia nostra fide coelatur, spe tantum, servati sumus.

Tāpat kā slimnieks uzņemts pieredzējuša mediķa aprūpē cerībā uz dziedināšanu, tāpat arī mēs debesu mediķa Kristus uzņemti nešaubāties par dziedināšanos, ka visi savā laikā tiks atveseļoti, bet šobrīd tikai cerībā dziedināti. Šeit un tālāk dižojamies cerībā uz Dieva slavu. Un efesiešiem novēl būt ar apgaismotām prāta acīm, lai zinātu, kāda ir cerība, uz ko Dievs aicina. Un Titam saka: Gaidot svētīgā cerībā uz lielā Dieva slavas atnākšanu. Līdz pat visa kristiešu pestīšana no nāves tiek atraisīta, kā saka arī citur. Ja tikai šajā pasaulē cerēsīm uz Kristu, būsīm visnozēlojamākie no cilvēkiem. Tādēļ, lai arī esam Dieva bērni, tomēr vēl mūsu žēlastība apslēpta ticībā un glābti tikai cerībā.

[8:26a] Consimiliter autem

Impares inquires sumus tolerandis pro Christo adversis. Immo inquit spiritus adjuvat imbecillitatem nostram. Fidelis enim deus, qui non patitur nos tentari supra id, quod possumus, arguit ergo a facili.

Tu sacīsi, ka mūsu ciešanas nav salīdzināmas ar Kristus ciešanām. Patiesi, saka, gars palīdz mums mūsu nespējībā. Jo Dievs ir uzticams, jo neļauj mūs pārbaudīt pāri tam, cik spējam panest, tādējādi apsūdzot nespējā panest grūto.

[8:26b] Siquidem hoc ipsum

Sensus est: Tantum abest ut nostris ipsorum praesidiis tuti esse valeamus, ut nesciamus etiam, quibus praesidiis opus sit, exemplo ipsius apostoli. Non enim id petimus, quod salutare est, ut est tribulatio ob Christum, et mortificatio nostri, sed ex infirmitate liberationem. Non ergo compraehendimus ratione, quae salutaria sunt, aut quae noxia, hinc ait non novimus.

Tas nozīmē: Tikai tā mums trūkst, lai ar savu pašu aizsardzību spētu būt droši, kā nezinām arī, par kādu aizsardzību iet runa, pēc paša apustuļa parauga. Jo mēs netiecamies pēc tā, kas ir drošs, kā gadījumā ar ciešanām Kristus dēļ, un mūsu mirdināšanas, bet pēc atbrīvošanas no vājuma. Tādēļ viņš saka, ka ar prātu nesaprotam, kas attiecas uz glābšanu, un kas uz kaitējumu.

[8:28] Scimus autem quod his

Diligere deum suaptis viribus ex corde, et in veritate nemo mortalium potest, citra illius afflatum. Ille natura bonus est, nos autem mali, et ex natura corrupta filii irae. Proinde soli illi deum diligunt, qui sensum misericordiae, et gratiae eius, per fidem in Christum, gustarunt, hi enim quoniam misericordiam et bonitatem eius per spiritum didicerunt. Non iuxta sua merita, aut demerita deum metiuntur, sed iuxta verbum gratiae eius, ex quo solum pendent, suntque dulci erga deum semper affectu, quem sciunt omni certitudine certius propitium se habere in omnibus, ignoscentem in malis, faventem in bonis, iccirco omnia cooperantur eis in bonum, ut etiam peccantes non peccent, dum eis peccatum non imputatur. Hinc illud: Non delinquent omnes qui sperant in eum. Sunt autem hi ab aeterno deo cogniti, sicut ait ad Ephe.1. et novit dominus qui sint eius. Nemo potest rapere oculos Christi de manibus eius: Hinc ait: Qui iuxta propositum vocati sunt, ut scilicet iuxta destinatum, et certum divini consilii, decretum, ad fidem vocatos intelligamus.

Est autem evidentiss. argumentum contra operarios, qui asserunt deum non gratia, et electione, sed meritis servare, quos luculentissime oppugnat caput sequens de Iacob, et Esau. Sancti autem ex graeco abundat, et est in codicibus latinis adiectum.

[8:29] Conformes imaginis. Filii sui ut ipse etc

Quemadmodum enim ille per imminutionis, ut habet psal. passionis, et mortis ignominiam ad vitam transit immortalitatem, gloria, et honore coronatus a patre, donatusque nomine, super omne nomen, itidem et membra eius per baptismum ei insita, oportet quotidie mortificationis crucem tolerare, dei veterem Adam mortificantem in se opera sustinere, sive per impios homines, sive per tenebrarum principes, ut ita cruce fides facta probatior, multo sit preciosior auro, quod per ignem exploratur, et ita mortificata ad veram vitam conscendant, incipiente in eis Christo vivere, quatenus est deus super omnia benedictus, qui per crucem in eis vixit quatenus fuit homo, et eius, filius. Sicut enim in Adam male ad similitudinem dei conscendimus, ita in Christo, et cruce eius descendere nos oportet, ut felicius per eum ascendentes veri filii dei fiamus. Hinc quotquot volunt in eo pie vivere, patiuntur persecutionem. Quod alia, ad veram vitam, non sit via nisi crux, id est, mortificatio nostri.

[8:30] Eos et iustificavit

Mīlēt Dievu no visiem sirds spēkiem un patiesībā bez viņa elpas no mirstīgajiem nespēj neviens. Viņš ir labs no dabas, bet mēs no samaitātās dabas ļauni un dusmu dēli. Dievu sekojoši mīl vienīgi tie, kuri žēlsirdības un žēlastības garu ir baudījuši caur ticību uz Kristu, jo viņi viņa žēlsirdību un labumu ir iemācījušies caur garu. Ne pēc sava nopelna vai trūkumiem Dievu bijājas, bet pēc viņa žēlastības vārda, no kā vienīgi ir atkarīgi un pret Dievu vienmēr ir mīļā attieksmē, kuru pazīst par visu visvairāk būt labvēlīgu visās lietās, nevērīgu ļaunajās, labvēlīgu labajās, tā ka visas lietas tiem darbojas uz labu, ka arī grēkojot negrēko, dēļ kā viņu grēki netiek pierēķināti. Vēl šis: Viņš nepamet tos, kas cer uz viņu. Jo šie kopš laiku iesākuma ir Dieva atzīti, kā saka efesiešiem 1, Un Dievs zina, kuri ir viņējie. Neviens nevar izraut avītes Kristum no viņa rokām. Tā saka: Kas ar nolūku ir aicināti, proti, kurus uzlūkojam pēc mērķtiecīga un droša dievišķa nolūka un plāna uz ticību aicinātus.

Tas ir vispārliciecināmais arguments pret darboņiem, kuri apgalvo, ka Dievs nevis pēc žēlastības un izredzētības, bet pēc nopelniem sargā, kurus visspilgtāk apkaro sekojošā nodaļa par Jēkabu un Ēzavu. Svēto minējums grieķu tekstā ir pārpilnībā, un latīņu tekstā ir pievienots.⁷⁵

Jo kā viņš caur pazeminājuma un nāves negodu, kā sacīts psalmā, uz mūžīgo dzīvību pārgājis, ar slavu un godu kronēts no tēva, kam piešķirts vārds pāri visiem vārdiem, tāpat arī viņa locekļiem caur kristību ik dienas vajag mirdināšanas krustu paciest, Dievā senā Ādama mirdināšanas darbu sevī panest vai nu caur bezdievīgiem cilvēkiem, vai nu caur tumsas valdniekiem, lai tā caur krustu ticība kļūtu pārbaudītāka, kļūtu daudz dārgāka par zeltu, kas caur uguni tiek kausēts, un tā mirdināšanā uz patiesu dzīvību izveidotos, lai iesāktu viņos dzīvot Kristus, par cik Dievs pāri visam ir svētīts, kurš caur krustu viņos ir dzīvs, par cik tapa cilvēks un viņa dēls. Jo tāpat kā Ādamā pēc Dieva līdzības nelaimīgi uzkāpjām, tā arī Kristū un viņa krustā nokāpt mums pienākas, lai laimīgāk caur viņu uzkāpjot debesīs patiesi Dieva dēli taptu. Par tik viņi grib godbijīgi dzīvot, par cik panes vajāšanas. Kas attiecas uz pārējo, uz patiesu dzīvību nav cita ceļa kā krusts, tas ir, mūsu mirdināšana.

⁷⁵ Rom 2:27 Grieķu tekstā svēto (ἄξιον) vietā ir „viņu”, kaut arī ne visur.

Observe ex hoc Apostoli loco iustos nos esse, sed non nostra, id est, operum, iustitia, sed ea quam deus per Christum praestat, gratuita munificentia. Eum enim qui non novit peccatum fecit peccatum, ut nos essemus dei iustitia in illo. Hinc et alibi, Ut iustificati, inquit, gratia ipsius haeredes simus secundum spem vitae aeternae, Proinde vita nostra a baptismo nihil aliud esse debet, quam expectatio revelationis iustitiae, quam iam possidemus per fidem, ut scilicet per speciem, et facie ad faciem nobis illum revelet deus, quemadmodum alio in loco ait. Expectantes beatam spem, et adventum gloriae magni dei.

[8:31] Quid igitur dicemus

Sensus est: Si bona, ac favens voluntas dei est, ut patiamur, et hoc modo glorificemur, quid dicemus? num divinae voluntati adversabimur? absit.

[8:32a] Proprio filio

Efficacissimus est hic locus ad erigendas afflictas conscientias. Quae enim mens quantavis peccatorum mole pressa inenarrabili gaudio non gestiat, audita tam ineffabili dei patientis erga nos charitate? qui non angelum, aut hominem, sed ipsum filium suum per patrem, in quo sunt omnia, non pro aliquot, sed omnibus tradidit in mortem. Quid ergo negabit, qui filium iam donavit, ad cuius comparationem, vel exiguum, vel nihil sunt omnia quae conferri possunt. Simile apud Ioannem ipse dominus: sic, inquit, deus dilexit mundum. Et per Esa. ipse deus pater. Propter scelus inquit, populi mei percussi eum.

[8:32b] Qui fieri potest

Hic observabis duo in evangelicis literis esse spectanda. Nempe ut non tantum vitae exemplar Christum proponas, alioqui quid Christus a legislatore differret? sed ut praecipue Christum ipsum, adeoque quicquid ille est, egit aut passus est, pro munere, ac caelesti donario, ac haereditaria iustitia, per fidem tibi propriam, ac peculiare facias, credasque tuo bono, id factum perinde ac si tu id fecisses. Neque enim aliter cognosces, quid sit Christum esse iustitiam nostram. Nam si ipse nobis donatus est ut habet Paulus, et Esa. cap. 9. et omnia eius nobis donata esse, adeoque quicquid ipse est consequitur. Hinc et Esa. duplicia nos dicit accepisse de manu domini pro iniquitatibus nostris: nimirum ipsum Christum haereditariam iustitiam omni credenti, Deinde sanctissimam conversationem, qua vitae nobis innocentis exemplar reliquit. Posterius omnes inculcant, prius quod maximo omnium intererat scire, quod unum servat quia non suae iustitiae, sed Christo niti docet, paucissimi norunt. Hinc tantae

levēro no šīs Apustuļa vietas, ka mēs esam taisni, bet ne no mūsu darbu taisnības, bet no tās, ko Dievs caur Kristu dod pateicīgā apdāvināšanā. Jo to, kurš nepazīst grēku, viņš dara par grēku uzņēmēju, lai mēs būtu Dieva taisnība viņā. Šo arī citur saka: Lai taisnoti viņa žēlastībā mēs būtu mantinieki mūžīgās dzīvības cerībā. Tādēļ mūsu dzīvei no kristību brīža nebūtu jābūt nekam citam kā taisnības atklāšanās gaidīšanai, kuru jau turam īpašumā caur ticību, proti, dievišķā mirdzumā un no vaiga uz vaigu mums to atklās Dievs, kā to saka arī citā vietā: Gaidot svētīgā cerībā varenā Dieva atnākšanas slavu.

Tas nozīmē: Ja Dieva griba ir krietna un labvēlīga, lai mēs ietu caur ciešanām un tādā veidā tiktu pagodināti, ko lai mēs sakām? Vai dievišķajai gribai pretosimies? Nē taču.

Šī vieta ir visefektīvākā, lai izlabotu mūsu nomocītās apziņas. Jo kurš gan prāts lai cik grēku nastas nospiests neizsakāmā priekā neiejūsmināsies, dzirdot tik neizsakāmu pacietīgā Dieva mīlestību pret mums? Kurš nevis kādu eņģeli, vai cilvēku, bet paša savu dēlu caur tēvu, kurā ir viss, nevis kāda tikai dēļ, bet visu mūsu dēļ ir nodevis nāvē. Kurš gan noliegs, kurš dēlu jau ir dāvājis, salīdzinājumā ar ko pat ne nieka, vai nekā nav, ko varētu salīdzināt. Līdzīgi pie Jāņa pats Kungs saka: Tā Dievs mīlēja pasauli. Un caur Jesaju pats Dievs Tēvs saka: Dēļ manas tautas nozieguma es situ viņu.

Šeit lai tu ievērotu divas lietas no evaņģelija burta, kas jāskata. Proti, lai Kristu tu nenoliktu tikai par tavas dzīves piemēru, jo citādi ar ko gan Kristus atšķirtos no likumdevēja, bet gan galvenokārt Kristu pašu, lai viss, kas viņš ir vai cietis kā dāvana vai debesu pienesums vai mantojumā nodota taisnība, caur ticību tev piederošu un vēl īpaši ticētu tavam labumam radītu, it kā tu pats to būtu priekš sevis radījis. Nedz arī lai tu citādi atzītu, kā Kristu būt mūsu taisnību. Jo ja jau viņš mums ir dāvināts, kā saka Pauls, un Jesaja 9.nod. Un viss no viņa mums dāvināts, un tādā pat mērā arī viss, kas seko. Tā arī Jesaja divas lietas saka mums, ko saņemam no Kunga rokas par mūsu nelikumībām: bez šaubām pašu Kristu kā katra ticošā mantoto taisnību, kā arī vissvētāko dzīvošanu, ar kuru mums nevainīgas dzīves piemēru ir atstājis. Vēlāk visus norāj, vispirmāk lai pār visu visvairāk zinātu, lai to vienu ievērotu, ka ne ar savu taisnību, bet Kristū balstīties mācītos, ko tik nedaudzi prot. Te tik daudz darbu un ceremoniālu mocību,

operum, ac ceremoniarum carnificinae, afflictas conscientias divexantes si quicquam ex praescripto opere omiserint. Nempe quod Evangelii, ac ipsius Christi usum non norunt, qui unus satis est ad iustitiam. Non ut ne fiant opera, sed ut omissa conscientiam non turbent, Nam Christianus non est alligatus certo alicui operi, pro persona, aut tempore, sed dat fructum tempore suo, hoc est, quando offert se occasio, operatur, aestimatque salutem non iuxta suam iustitiam, sed Christum, abunde in omnes se invocantes, divitem. Et cum sponsa in foraminibus petrae, id est, vulneribus eius conquiescit.

[8:33] Quis intentabit

Ab hoc loco usque ad, Quis nos separabit a charitate dei, sub interrogatione legenda sunt omnia, eique negationem reddendam, ut sit neminem ausurum criminari eos, quos deus elegit, ac morte filii iustificavit.

[8:34] Qui est ad dexteram

Haec omnia dicit, ut fidem roboret, et conscientias afflictas erigat. Quid enim non sperabimus tanto advocato et patrono, qui quod iuxta hominem assumptum orat, id iuxta divinam naturam confert. Similis locus 1.Ioan.2. et ad Heb.4. et 7. capitibus.

[8:37] Dilexit nos

Vetus translatio, proptereum, habet, sed, per eum, legere Augustinum pluribus in locis, similiter Origenem annotat Eras. et melior haec lectio est quam prior, quod deo non nobis nitatur, cuius ope victores malorum evadimus.

[8:38a] Neque angeli

Angelos vel Satanae dicit satellites in lucis ministros transformatos, aut etiam angelos de coelo, si aliud quam accipimus nunciarent, ut a Christo abducerent, non erit eis acquiescendum, sed pro anathemate habendi.

[8:38b] Neque principatus

Valde necessarium hoc in memoria habere, ne Christum confessuri, potestatem aliquam timeamus, sed certi simus, etiam si morti obiiciamur, hoc ita velle Christum, citra cuius voluntatem nihil fit, et velle nostro bono, ut peregrinatione et exilio hoc confecto, quam primum simus cum illo.

kas moka nospiesto apziņu, ja kaut ko no priekšrakstītiem darbiem izlaistu. Proti, kuri nepazīst evaņģeliju un paša Kristus noderību, kurš viens ir pietiekams taisnībai. Ne tā ka, lai nebūtu darbi, bet lai tie izlaisti, nesatrauktu sirdsapziņu, jo kristietis nav piesaistīts kādam noteiktam darbam personiski vai laikam, bet lai dotu augļus savā laikā, tas ir, kad tāda izdevība rastos, kad arī darbotos un vērtētu savu pestīšanu ne pēc savas taisnības, bet Kristus, pārpilnībā visos, kas viņu piesauc, bagātību dodošs. Un ar līgavu akmeņu krāvumos, tas ir, viņa ievainojumos viņš atdusas.⁷⁶

No šīs vietas līdz pat kas nošķirs (*quis nos separabit*) mūs no Dieva mīlestības, viss lasāms ar jautājuma zīmi, vai arī tos ar noliegumu uzlūkot, lai nevarētu nevienu uzdrošināties apvainot, kurus Dievs izredzējis un ar dēla nāvi attaisnojis.

Šo visu saka, lai stiprinātu ticību un nospiesto sirdsapziņu labotu. Jo kāpēc gan lai mēs necerētu uz tādu aizstāvi un patronu, kam, kad pēc cilvēka parauga ko lūgtu, to pēc dievišķās dabas izkārtotu. Līdzīga vieta 1.Jāņa 2, un Ebrejiem 4. un 7. nod.

Senākā tulkojumā *propter eum*⁷⁷ vietā bija *per eum*, tā lasa arī Augustīns daudz vietās, līdzīgi arī Origenis, kā piezīmē Erasms. Un šis lasījums labāks nekā vecākais, jo jābalstās Dievā nevis mūsos, ar kura palīdzību uzvarētāji pār ļauno mēs tad izrādīsimies.

Par eņģeļiem vai Sātana pavadoņiem saka, ka tie pārvērsti par gaismas kalpiem vai sūtņiem no debesīm un ja citu, nekā mēs pieņemam, pasludinātu, lai no Kristus novestu sānis, tad tas nebūtu no viņiem ar mieru pieņemams, bet būtu turams par lāstu.

Ļoti nepieciešams šo atmiņā paturēt, lai, kad Kristu atzīsim, mēs nebītos ne no kādas varas, bet droši būtu, ja arī nāvē mēs tiktu mesti. Tā to Kristus arī grib, un ārpus viņa gribas nekas nenotiek un visu grib mūsu labā, lai, kad šis svētceļojums un trimda nobeigsies, cik vien ātri mēs būtu pie viņa.

⁷⁶ Sāl. Augst.dz. 2:14 "Tu, mana dūja klinšu spraugās, slēpta akmeņu plaisās, parādi man savu vaigu un liec man dzirdēt savu balsi, jo tava balss ir salda un tavš vaigs ir mīlīgs!"

⁷⁷ A.K. šeit saka, ka vecākā tulkojumā vārda *propter* vietā bija *per* teikumā *per eum qui dilexit nos*.

Caput IX

[9:1] Veritatem dico in Christo non mentior, attestante mihi simul conscientia etc

Hactenus de legis, et gratiae viribus est disputatum, nunc ad quos gratia pertineat, nova disputatione agit, eamque colligit non tantum iudaeis, sed et gentibus donari, idque secundum destinationem divinam, non humana merita. Nam promissio non respicit humanum meritum, sed sicut scriptum est: Domine Oculi tui respicient fidem. Observabis autem quam pulchre a pathetica occupatione ordiatur.

[9:3a] Optarim enim

Exprimit enim hic apostolus veri pastoris, et viri apostolici affectum, Nimirum qui tanto desyderio hominum salutem sentiat ac sitiatur, ut vel suo ipsius dispendio cupiat eos servari. Quemadmodum et dominus ait. Pastor bonus animam suam dat pro ovibus suis. Tali affectu iam olim Mosen complexum fuisse sibi creditos iudaeos, scriptura commemorat. Cum hunc in modum pro populi peccato precatur. Dimitte, inquiens, eis hanc noxam, aut si non facies, dele me de libro, in quo me scripsisti. Et David. Ego, inquit, peccavi, et qui malum feci, iste grex quid commeruit? vertatur obsecro manus tua in me, et in domum patris mei. Eum affectum si in personatis nostris lupis requiras, citius aquam ex pumice postules, Sunt autem ut Esa. ait. Speculatores caeci, nescientes universi, canes muti, non valentes latrare. Videntes vana, dormientes, et amantes somnia, et canes impudentissimi, nescientes saturitatem, non contenti tondere oves, sed deglubentes, adeoque aditum coeli ante homines claudentes, ipsi non intrantes, nec alios intrare sinentes, Auferat dominus idola, et pestes has laetiferas e medio populi sui, et suscitetur nobis pastores, qui pascant nos, et non semetipsos, ac ventres suos, quemadmodum Hier.23. et Ezech.34. promittit.

[9:3b] Anathema esse

⁷⁸ 1. Laiku 21:17 un Dāvids lūdza Dievu: "Vai ne es pavēlēju ļaudis skaitīt? Es, es esmu tas, kas grēkojis un darījis lielu ļaunumu! Bet šis avis, ko tās ir darījušas? Ak, Kungs, mans Dievs! Lai Tava roka ir pret mani un pret mana tēva namu, bet ne lai Tavu tautu mocītu!"

⁷⁹ *Pumex* bimšteins, tukots, akmens

⁸⁰ Jes 56: 10 Visi viņu sargi ir akli, bez izpratnes, tie ir mēmi suņi, kas nemāk riet, tie guļ un sapņo, tie mīl miegu.

11 Bet viņi ir arī rijīgi suņi, kas nav pieēdināmi. Tai pašā laikā viņi ir arī gani bez saprašanas un atziņas, viņi visi raugās ikviens tikai uz savu ceļu un meklē tikai savu labumu.

Devītā nodaļa

Līdz šim par likumiem un žēlastības spēkiem ir diskutēts, tagad aizsākas jauna diskusija, uz ko attiecas žēlastība un ko ne tikai jūdiem, bet arī pagāniem dāvināt, un to saskaņā ar dievišķo nozīmējumu, ne pēc cilvēciska nopelna. Jo apsolījums neuzlūko cilvēka nopelnu, bet kā ir rakstīts: Kungs, tavas acis lai uzlūko ticību. Bet lai tu ievērotu arī, cik skaisti kas no patētikas ceļas.

Šeit apustulis izsaka patiesa gana un apustuliska vīra sirdsprātu. Nav brīnums, tas kurš tik ļoti cilvēku pestīšanu alkst un slāpst, it kā pats ar savu upuri vēlētos tos pasargāt. Kā arī Kungs saka: Labais gans savu dvēseli atdod par savām avīm. Ar tādu pašu kādreiz mīlestību Mozus satvēra sev uzticīgos jūdus, kā raksti atceras. Kad tāpat līdzīgā veidā par grēku atlaišanu draudzei tiek lūgts ar vārdiem: Atlaidiet viņiem šo vainu, vai ja tā nedarīs, izdzēs mani no grāmatas, kurā tu mani ierakstīji. Arī Dāvids saka: Es esmu grēkojis un ļaunumu darīju, vai šis ganāmpulks arī ko noziedies pie tā? Lūdzu, lai tava roka vēršas pret mani un mana tēva namu.⁷⁸ Ja šo prasīsi no mūsu daudzintātajiem vilkiem, ātrāk ūdeni no akmens⁷⁹ izspiedīsi. Viņi, kā sacīja Jesaja: Spiegi akli, nezin pasauli, suņi mēmi riet kas nespēj. Redzoši tukšu, guļoši un mīloši sapņot, un suņi bezkaunīgi nezinoši sātu,⁸⁰ kas nemāk avi cirpt, bet tikai dirāt, līdz tam, ka, noslēdzot ieeju debesīs cilvēkiem, paši neienāk un citiem ieiet neļauj. Lai Kungs dievekļus un šo nāvējošo postu novāc no savas draudzes, un lai ieceļ mums ganus, kuri ganītu mūs, bet ne sevi pašus, un savus vēderus, kā to sola Jeremija 23, Ecekiel. 34.

Ἀνάθημα est verbum peculiare iudaeis, quo extremam detestationem significare solent, optat igitur magis solum se perire et a Christo alienum fieri, quam tantam sui generis multitudinem.

[9:4] Quorum est adoptio

Amos.3. tantummodo vos cognovi ex omnibus cognationibus terrae, et in Exod. primogenitus filius meus Israël, Et ibidem, Eritis mihi in peculium, et regnum sacerdotale, et gens sancta.

[9:6a] Non autem haec loquor

Sensus est: Non ideo hoc dico, ut quamvis sint aliqui increduli, propterea tota gens sit repudiata, Nam credunt ex eis electi, et quos deus credituros presciit. Est igitur castigatio, vel correctio.

[9:6b] Non enim omnes

Abraham fide genuit Isaac, fretus verbo promittentis dei, Sicut capite.4. dictum est. Proinde semen Abrahae, per Isaac sunt, qui in divinas promissiones credunt, ac fidem imitantur, qua Isaac conceptus est, et natus: hi enim veri sunt Israelitae, hoc est, mente deum videntes, qui credunt in Christum Abrahae promissum, omnesque dei promissiones nobis credentibus testantur.

[9:8] Hoc est non qui

Filii sunt promissionis electi, hoc est, quos ille presciit, gratulabundos suas promissiones accepturos nec suam indignitatem, nec promissionum magnitudinem respicientes, sed munificentiam, et veritatem promissoris, Scientes, quod quaecunque ille promiserat, valeat et praestare, Quemadmodum de Abraham ca.4. dictum est.

[9:9] Erit Sarae filius

Isaac non tam concubitu, quam fide conceptus, et aeditus, typus est domini salvatoris, in quo omnes familiae terrae benedicuntur, quia per eum remissionem peccatorum consequuntur, quotquot credunt, adeoque et salutem Mar.ult.

[9:12] Vocante

Annota ex hoc luculentissime apostoli loco, ut neminem operum aut meritorum respectu eligat, aut abiiciat deus, sed omnia ex praescientia eius eveniant, etiam si nobis contingentia in rebus mortalium videatur. Nam fallitur in hoc humanae rationis iudicium, quia operum dei nullam potest homo invenire rationem, sed quanto plus laboraverit, tanto

Ἀνάθημα jūdiem ir īpašs vārds, ar ko mēdz apzīmēt galēju nonicinājumu, tātad vairāk grib vienu sevi iet bojā un Kristum necienīgu kļūt, nekā savas cilts tik lielu daudzskaitlību.

Amosā 3, tikai jūs esmu atzinis no visiem zemes ciltsrakstiem, un Exodus: Mans pirmdzimtais dēls Israēls, un turpat: būsiet man par īpašumu, priesteru saimi un svētu cilti.

Tas nozīmē: Tātad es nesaku, ka it kā būtu kādi neticīgie, kuru dēļ visa tauta būtu likta kaunā. Jo no viņiem kādi izredzētie tic, un ir tādi, kurus Dievs ir priekšapzinājis, kas ticēs. Tātad ir sodīšana, vai arīdzan izlabošana.

Ābrahāms ticībā dzemdina Īzaku Dieva apsolījuma vārda pašāvēībā. Kā ir 4.nod. sacīts. Tādēļ Ābrahāma sēkla caur Īzaku ir tie, kuri tic uz dievišķajiem apsolījumiem un arī ticībai seko, ar ko arī Īzaks tika ieņemts un dzemdina. Tie ir patiesie izraēlieši, tas ir, Dievu prātā redzošie, kuri tic uz Kristu, kas apsolīts tika Ābrahāmam, un visi Dieva apsolījumi mums ticošajiem tiek apliecināti.

Tie ir apsolījuma izredzētie dēli, tas ir, kurus iepriekšizredzēja, slavējami ar to, ka tie saņems apsolījumus neskatoties uz savu necilumu, nedz apsolījumu pēc lieluma vērtējot, bet apsolītāja devīguma un patiesuma, zinot, ka, ko vien viņš solīs, to ir spējīgs arī dot, kā par Ābrahāmu ir sacīts nod.4.

Īzaks ne tik cik pieguļot kā ticībā ieņemts un uzcelts, un ir Kunga pestītāja izredzēts prototips, kurā visas zemes ģimenes tiek svētītas, jo caur viņu nonāk pie grēku piedošanas un tātad arī pie glābšanas, ja vien kurš ticēs, Marks.

levēro no šīs apustuļa ļoti spilgtās vietas, ka nevienu Dievs neizraugās pēc darbiem vai nopelna vai to atraida, bet viss no viņa priekšzināšanas izriet, lai kā arī mums notiekošais šķistu mirstīgo lietās. Jo cilvēcīgas domāšanas spriedumi tiek maldināti dēļ tā, ka cilvēks nevar atrast nekādu izskaidrojumu Dieva darbiem, bet jo vairāk pūlēsies, jo mazāk atradīs, kā to ar visstiprākajām rakstu liecībām rāda Filips pašā sākumā.

minus invenit, quemadmodum fortiss. scripturarum testimoniis in exordio locorum suorum ostendit Philippus.

[9:13] Sicut scriptum est

Ex veteri historia docet apostolus deum nullo meritorum respectu diligere, sed sola misericordia. Damnat proinde humana merita, cum servi simus inutiles etiam per actus omnibus Lu.17. Debemus enim deo servitutem, ob hoc, quod conditi simus, salutem autem et vitam gratia consequimur, qui non meritis nostris, sed misericordiae divinae per Christum, innitimur, in quem qui crediderit non pudebit.

[9:14a] Quid igitur dicemus

Occupatio est primi argumenti iudicii carnis adversus praedestinationem divinam, Nempe huiusmodi. Si deus citra meritum, aut demeritum eligit iuxta praescientiam suam, quid dicemus? Num iniustus est non omnes pariter diligens?

[9:14b] Absit

Nimirum ab eo de quo scriptum est: Iustus dominus in omnibus viis suis, et sanctus in omnibus operibus suis. psal.144. Et iterum: Iustus es domine, et rectum iudicium tuum. Et in cantico. Deuteronomii: Deus fidelis est, et absque ulla iniquitate iustus, et rectus. Proinde sensus est. Ideo non est iniustitia apud deum, quia nemini quicquam debet, proinde licet ipsi dare, cui libuerit, iure damnantur qui pereunt, per gratuitam misericordiam servantur, quotquot non pereunt.

[9:16] Non est currentis

Docuit ex scriptura proxima deum neminem merito, sed misericordia servare quotquot servat, Nunc etiam in sequentibus ostendit quod et impios iuste damnet, sitque salutis, et interitus autor. Quippe qui cum perversis pervertitur, ut habet psalmus, non tantum permittens, ut aiunt scholastici, fieri mala, sed et faciens, quemadmodum ait in Exodo. Excitavi, inquiens, te, non permisi, Nam excitare est rei autorem esse, et ibidem. Ego inquit indurabo cor eius: operatur enim omnia secundum consilium voluntatis suae. Et facit pacem, et creat malum. Et ex ipso sunt omnia. Operatur erga bona in bonis, et vasculis misericordiae, mala autem in malis, et vasis irae. Taliaque sublimia dei iudicia adoraverimus rectius, quam scrutati fuerimus.

Ar seno notikumu apustulis māca, ka Dievs mīl ne pēc nopelniem, bet vienīgi žēlsirdībā. Tādējādi notiesā kā vainīgu cilvēcisko nopelnu, jo nelietderīgi kalpi esam, ja arī visu būsīm izdarījuši, Lūka 17. Jo mums Dievam jākalpo dēļ tā, ka esam radīti, bet pestīšanu un dzīvību iegūstam caur žēlastību, kas nebalstāties savos nopelnos, bet dievišķajā žēlsirdībā caur Kristu, kurā kas ticēs, viņš neatstās kaunā.

Ir iebildums: No pretējā pirmajam argumentam: miesas spriedums pret dievišķo predestināciju, proti, sekojoši. Ja Dievs bez nopelna, vai neievērojot trūkumu, izraugās pēc savas priekšzināšanas, ko lai sakām? Vai tad nav netaisns, kas visus vienādi mīl?

Bez šaubām par to, par kuru ir rakstīts: Taisns Kungs visos savos ceļos, un svēts visos savos darbos. Psalmā 144. un vēl: Taisns esi, Kungs, un taisns ir tavs spriedums. Un Deuter. dziesmā: Dievs ir uzticams, un līdz pat jebkurai netaisnībai taisnīgs un taisns.⁸¹ Tādēļ jēga tajā: Nav tamdēļ netaisnības pie Dieva, jo nevienam neko nav parādā, tamdēļ viņš var dot, kam labpatīk. Ar likumu notiesātie iet bojā, bet caur piešķirtu žēlsirdību tiek pasargāti, tā ka bojā neiet nevienš.

lemācija no iepriekšējās rakstu vietas, ka Dievs nevienu pēc nopelna nesargā, bet žēlsirdībā sargā, kad vien sargā. Tagad arī sekojošajās rāda, ka arī bezdievjus taisni notiesā un tātd ir pestīšanas un pazušanas cēlonis. Patiesi, kas no kroplajiem tiek kroplots, kā Psalmā, ne tikai ļaujot, kā saka sholasti, notikt ļaunajam, bet arī darot, kā saka Exodus: Uzjundīju tevi, neatļāvu. Jo uzjundīt nozīmē būt lietas iesācējam, un turpat: Es apcietināšu viņu sirdis: jo viņš dara visu pēc savas gribas padoma.⁸² Gan dod mieru, gan rada ļaunu. Un no viņa viss. Tātd dara labu labajiem, žēlsirdības traucīņiem, ļauno ļaunajiem un dusmu vāzēm. Taisnāk būtu, ja tātdus cēlus Dieva spriedumus mēs pielūgtu kā pētītu.

⁸¹ Deuteronom. 32:4 Viņš ir klīntskalns, un pilnīgs ir Viņa darbs, jo visi Viņa ceļi ir tiesa; Dievs ir uzticams un bez viltus, Viņš ir taisns un paties.

⁸² Efes. 1:11 Viņš ir tas, ar kura gādību arī mēs esam kļuvuši par mantiniekiem, kas pēc Viņa nodoma - Viņš visu vada pēc Sava gribas lēmuma - bijām izredzēti

[9:20a] Atqui o homo tu quis es?

Secundum est argumentum ex persona iudicii carnis, cui durum videtur divinae praescientiae iudicium, tale videlicet, si voluntas dei est ut peccemus, si omnium tam malorum iuxta ac bonorum est autor, et omnia secundum voluntatem, et praescientiam eius fiunt, cur nos accusat cur malos punit? siquidem ipse eos induravit, cui resisti non potest, huic quaestioni tanquam stultae, et impiae, per similitudinem respondet, eluditque captum iudicii humani, quod operum dei nullam potest invenire rationem, ut ex eccle. supra dictum est. Et universa, propter semetipsum operatus est dominus, impium quoque ad diem malum. Profert enim in medium vasa irae, impios, ut per eos vascula misericordiae, id est, pios exercent. Sicut per Aegyptios Israëlem. Deinde ut misericordia clarius elucescat in electis, et iusticia in reprobis, ac laetentur tandem iusti, cum viderint vindictam, laventque manus in sanguine peccatoris, ut habet psal.57.

[9:20b] Num dicit figmentum ei qui finxit

Vas fictile contentum est sua sorte, nec causatur contra opificem suum, quemadmodum autem in manu, et potestate est figuli, itidem et nos in manu sumus dei, qui fingit in domo sua, vasa in honorem alia, in contumeliam alia, argentea, et aurea, lignea, et testacea, quemadmodum illi fuerit visum. Sicut Hier. ait. Nunquid non sicut figulus iste potero vobis facere domus Israel, ait dominus? Ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos domus Israel in manu mea. Proinde vasa irae, id est, impii, caeci et scelerati omnes deplorandi magis sunt piis, quam devovendi, etiamsi honoribus, ac divitiis ad momentum affluerint, quippe qui sunt vasa irae divinae, ad interitum apparatus, sicut Pharao. Econtrario piis in mediis etiam afflictionibus et erumnis gaudendum, quippe qui sunt vascula ad misericordiam praeparata, quae oportet igne impiorum excoqui, ut probatio fidei illorum multo sit spectatior auro, quod per ignem exploratur.

[9:21] An non habeat

Quasi diceret: Similiter autem et deus per spiritum suum operatur bona in vasculis misericordiae, id est, fidelibus, mala autem per spiritum Satanae in filiis irae, id est, impiis, Nam ille agit in filiis immorigeris, ut ait ad Ephe.

Otrs arguments ir no miesas sprieduma cilvēka, kuram ciets šķiet dievišķās priekšzināšanas spriedums, proti, vai tad tā Dieva griba, lai mēs grēkojam, ja galu galā gan labā, gan ļaunā ir cēlonis, un ja viss saskaņā ar viņa gribu un priekšzināšanu notiek, kad mūs vaino, kad ļaunos soda? Ja tiešām pats viņus nocietināja, kam iebilst nevar, šādam jautājumam tā kā stulbam un bezdievīgam atbild caur līdzību, un, izsmej cilvēciskā sprieduma sagrābto, ka nevar atrast nekādu Dieva darbu saprātīgumu, kā ir sacīts Sakāmvērdos: Visu Kungs darbina savai reizei, pat ļaundari posta dienai!⁸³ Jo iznes priekšā dusmu traukus, bezdievjus, lai caur tiem žēlsirdības trauciņus, tas ir, dievbijīgos vingrinātu. Gluži kā caur ēģiptiešiem Israēli. Tādējādi, lai žēlsirdība skaidrāk atspīdētu izredzētajos un tiesāšana pie atmestajiem, un lai priedātos beidzot taisnie, kad redzēs atriebību, un, lai mazgātu rokas grēcinieka asinīs, kā sacīts Ps. 57⁸⁴.

Māla trauks ir mierā ar savu likteni, nedz ceļ iebildumus pret savu meistarū, ja jau ir podnieka rokās un varā, tāpat arī mēs esam Dieva rokās, kurš savā namā rada traukus kā godam, tā citus negodam, gan sudraba un zelta, gan koka un māla, kā vien viņam šķiet labi. Tāpat kā Jeremija saka: Vai tad kā podnieks jums vienmēr nevarēšu uzcelt Israēla namu, jautā Kungs? Lūk, tāpat kā māli ir podnieka rokās, tā jūs, Israēla nams, manās rokās.⁸⁵ Tādēļ dusmu trauki, tas ir, bezdievji, visi aklie un noziedzīgie ir vairāk apraudāmi dievbijīgiem, nekā pielūdzami, ja arī ar godiem un arī bagātību veiksmes brīdī, īstenībā kas ir dievišķo dusmu trauki, kas sagatavoti pazušanai kā faraons. Pretēji, dievbijīgiem arī pašā ciešanu un pārbaudījumu laikā darīs uz prieku, kas tomēr ir trauciņi sagatavoti žēlastībai, kurus ir atbilstīgi ar bezdievju uguni izcepināt, lai viņu ticības pārbaude būtu daudz redzamāka par zeltu, kas caur uguni tiek pārbaudīts.

Gluži kā sacītu: Līdzīgi arī Dievs caur garu dara labu pie žēlsirdības trauciņiem, tas ir, ticīgajiem, bet ļaunu caur Sātana garu pie dusmu dēliem, tas ir, bezdievjiem. Jo tas darbojas pie nepaklausīgajiem dēliem, kā saka efesiešiem.

⁸³ Sak 16:4 Tas Kungs visu dara ar noteiktu nolūku, arī bezdievīgo Viņš taupa ļaunai dienai.

⁸⁴ Ps 58:11 Līksmos taisnais, kad ieraudzīs atriebību, ļaundaru asinīs kājas viņš mazgās.

⁸⁵ Jer 18:6 "Vai tad Es nevaru ar jums, Israēla nams, tāpat darīt kā šis podnieks?" saka Tas Kungs. "Redzi, kā māls podnieka rokā, tā jūs esat Manā rokā, Israēla nams.

[9:22] Quod si deus

Oratio est ecliptica, id est, imperfecta, annotante et Erasmo. Potest autem absolvi ad hunc modum, si subaudias, non habent quod disceptent adversus deum. Sin autem idem coniunctim legas transferre licet, porro, et luculentior erit sensus, atque ita interpretatus est Philippus.

[9:27] Si fuerit numerus

Sensus est: non universa gens non optima populi pars promissiones divinas amplexabitur sed infima, abiectissima, et cotemptissima. Reliquiae ergo Israëlis salvae erunt, etiamsi bona optimatum pars in Christum impinget.

[9:28] Sermonem enim

Sensus est: Dominus in compendium contracturus est promissiones suas sparsim factas in verbum fidei, et predicationem Evangelii, quod credentes iustificat. Nam verbum Evangelii iustificans breve est. Nempe crede, et iustificaberis, adeoque perfectum, et consummatum. Nam verbum legis perplexum est, et multa opera praecipiens, sed imperfectum, quia nihil ad perfectum deduxit lex, nullum opus iustificat. Ro.3. Gal.2. Si quis vero diligenter intueatur Esaïam, ista est genuina huius loci sententia. Populus Israëli redigetur in parvum numerum in quo iustitia dei erit per fidem. Et accipies verbum vel sermonem more hebraeo pro facto. q. d. rem et causam breviabit dominus, parvus erit populi numerus in terra, atque hae sunt reliquiae Israëlis salvatae etc.

[9:29] Nisi dominus

Sensus est: Dominus fide electos iustificabit, adeo enim non est conatum humanorum iustificatio, ut nisi dominus conservasset, nobis semen, omnes periissemus, super eversione Sodomorum, et Gomorrae, Gene.19.

[9:30a] Quid igitur dicemus.

Conclusio est et causa cur perierit Israëli, nempe quod offenderit in petram ruinae Christum, et excaecatus iustitia legis, id est, operum externorum hypocrisi, noluerit intelligere fidei iustitiam, id est, cor divinorum praeceptorum amans.

[9:30b] Iustitiam autem eam

Ex fide iustitia, est nosse Christum atque ex eo solo pendere, iustitiam et opera illius sua ducere, Ea operibus nostris non augetur, sed tantum in gratiam Christi talem se praestat proximo ex charitate, qualem se Christus nobis per fidem

Runa ir saraustīta it kā ar izlaidumiem, tas ir, nepabeigta, norādot arī Erasmam, un var arī nobeigt ar šādu noskaņu, ja sapratīsi, ka nav jāstrīdas pret Dievu. Bet ja šo pašu kopā tālāk lasīsi, kaut arī pārveidoti, tad arī skaidrāk taps jēga, kā arī Filips tiek tulkots.

Tas nozīmē: Ne visa tauta un ne labākā tautas daļa dievišķos apsolījumus satvers, bet zemākā, noraidītākā un nicināmākā. Pārējie, proti, no Israēļa tiks glābti, arī ja liela labāko daļa pret Kristu cīnīsies.

Tas nozīmē: Kungs kopsavilkumā saīsinās savus šur tur izklidēti ticības vārdā izteiktos apsolījumus un evaņģelija pasludinājumu, ka ticīgos taisnos. Jo evaņģelija vārds, kas taisno, ir īss. Proti, tici, un tiksi taisnots, tātad šis vārds pilnīgs un kā kopsavilkums. Jo likuma vārds ir sapiņķerēts un daudz darbību pieprasošs, bet nepilnīgs, jo neko uz pilnību likums nenoved, nekādu darbu neattaisno. Rom. 3., Gal. 2. Ja kas patiesi centīgi ieskatās Jesajā, tur ir īstais šīs vietas skaidrojums. Israēļa tauta tiks novesta maza skaitā, kurā Dieva taisnība būs caur ticību. Un tu pieņemsi vārdu vai runu pēc ebreju ierašas par notikušu, tas ir, lietu un tās sākumu Kungs saīsinās, neliels būs tautas skaits uz zemes, un tā ir palikusī izglābtā Israēļa daļa.

Tas nozīmē: Kungs ticībā izredzētos taisnos, jo ne cilvēciskajos centienos ir taisnošana, tā ka, ja vien Kungs nebūtu saglabājis mums sēklu, mēs visi būtu gājuši pazušānā, par sodomiešu un gomoriešu iznīcināšanu Genesis 19.

Slēdziens un arī iemesls, kāpēc ies bojā Israēls, patiesi, jo paklupa pie Kristus kā piedauzības akmens un akluma sistis no likuma taisnības, proti, ārējo darbu divkosības, jo negribēja saprast ticības taisnību, proti, kas mīl dievišķo baušļu pašu sirdi.

Taisnība no ticības nozīmē būt pazīstamam ar Kristu un tikai no viņa būt atkarīgam, viņa taisnību un darbus par saviem

praestitit. huic adversatur iustitia operum, quae ex se pendet, ac fidei iustitiam aspernatur.

[9:32a] Sed tanquam ex operibus

Annota quam pulchre dixerit tanquam, ut Hypocrisim potius accipias, quam opera, quippe quibus interni affectus reclament, quos tamen unus respicit deus.

[9:32b] Impegerunt enim in lapidem offendiculi

Humana iustitia non potest non offendi iustitia fidei, cum fides damnet quicquid est humanarum virium, ut non simus sufficientes, cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, nedum facere.

[9:33] Quemadmodum scriptum est: ecce pono in Sion

Testimonium hoc ex duobus Esariae locis conflatum est capite 28. et 8. Simile quippiam dixit de salvatore sanctus Simeon. Nam cum Christus solus sit salutare dei, via, veritas, vita, dux, hostia, lux etc. quotquot haec aliunde, quam ex Christo et in Christo quaerunt, sive in operibus suis, sive alia quacunque ratione, impingunt in hunc lapidem, at ille positus est, proinde non labitur, labuntur ergo iustitiarum.

Caput X

[10:1] Fratres propensa quidem voluntas cordis mei, et depraeatio, que fit ad deum etc

Occupatio est qua praevenit quaestionem, quo affectu ferat fratrum suorum ruinam, nempe paterno, cum his praestet, quod unum potest, propensum videlicet animum, et assiduas ad deum preces.

[10:2] Secundum scientiam

Eodem morbo laborant quotquot pietatem ex suo sensu, aut humanis traditionibus metiuntur, Nam si nostro iudicio pii esse possumus, quid opus fuit gratia ut elusceret omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegata pietate, sobrie, iuste, et pie viveremus? Quid opus fuit coelesti doctore Christo, qui unus accepit testimonium a patre, ut illum audiremus? Id autem genus pietatis superstitionem vocamus. Et Paulus appositissimo vocabulo ἑθελοθησκίαν, id est, voluntariam,

uzlūkot. Tā⁸⁶ no mūsu darbiem nevairojas, bet tikai Kristus žēlastībā tādu sevi noliek tuvākajam priekšā mīlestībā, kādu sevi Kristus mums priekšā nolika ticībā. Tam pretojas darbu taisnība, kas atkarājas no sevis pašas, un ticības taisnību nonicina.

levēro, cik skaisti sacīja, gluži kā divkosību labāk pieņēmsi nekā darbus, patiesi, kuriem izkļiedz pretī viss iekšā, kurus tomēr uzlūko vien Dievs.

Cilvēciskā taisnība nevar neievainot ticības taisnību, jo ticība notiesā jebko, kas no cilvēciskiem spēkiem nāk, lai mēs nebūtu pietiekami, domājot kaut no sevis kā no sevis, nerunājot nemaz par darišanu.

Šī liecība ir smelta no divām Jesajas vietām, nod. 28 un 8. Līdzīgi par pestītāju saka arī svētais Simeons. Jo, ja Kristus vienīgais būs Dieva pestīšana, ceļš, patiesība, dzīvība, vadonis, upuris, gaisma etc, ko gan šeit ko citu meklē kā no Kristus un Kristū? Vai nu no saviem darbiem vai kāda cita iemesla dēļ piedauzās pie šī akmens, kas ir likts, lai nekluptu, bet pasaulīgie tiesneši tāpēc pakļūp.

Desmitā nodaļa

Iebildums, kas iet pa priekšu jautājumam, ar kādu izjūtu panes savu brāļu postu, proti, ar tēva, ja dod viņiem vienīgo, ko iespēj, proti, dedzīgu sirdi un neatlaidīgas uz Dievu lūgšanas.

Ar tādu pašu kaiti cieš, kuri vien no savas gudrības pietāti vai nu ar cilvēciskiem pasākumiem grib nopelnīt, jo, ja ar savu spriedumu palīdzību mēs varētu būt dievbijīgi, kāda vajadzība būtu pēc žēlastības, kas atspīdējusi visiem cilvēkiem, mūs izglītojot, lai ar atmetu jebkādu pietāti šķīsti taisni un dievbijīgi dzīvotu? Kāda būtu vajadzība pēc debesu daktera Kristus, kurš viens pieņēma tēva liecinājumu, lai mēs to izdzirdētu? Bet tādu pietātes veidu mēs saucam par

⁸⁶ Taisnība

seu arbitrariam religionem vocat, qua nihil est pestilentius. Proinde verae pietatis regula ex praescripto sacrarum literarum est petenda, Alioqui si deus semper bonam, ut aiunt, intentionem, cur hic iudaeorum non respicit? Nempe quod non sit ex verbi sui scientia. Videbantur sibi optime facere scribae, totum diem sacrificando consumentes, misericordiae, et operum charitatis interim profundissime obliti. Quemadmodum et scribae nostri, Sed quid audiunt? Misericordiam volui et scientiam dei, et non sacrificium, Ita et missarii nostri semper quidem ut putant, sacrificant, totos dies in templis psallunt, sed scientiae dei, et intellectus eorum, quae psallimus, nulla cura. Optima intentione videbantur orare orationes longas, nempe putantes, quod in omni multiloquio suo exaudirentur, quodque non sibi tantum, sed et aliis placarent deum, Sed quia zelus erat hic, citra scientiam Maius, inquit, iudicium accipietis. Unde omnes traditiones humanae, nisi libera charitate serventur, nihil sunt in oculis dei. Quia stat sententia: Frustra me colunt docentes doctrinas et mandata hominum.

[10:3] Nam ignorantes

Credentes in Christum iusti sunt ex fide, non sua ipsorum, sed Christi iustitia, quam ille credentibus in se communicat, ut nihil praeter se, ad salutem egeant. Nam opera, quae post fidem sequuntur, non augent iustitiam, sed sunt eius fructus. Hanc iustitiam ignorant operarii, qui non iuxta Christum, sed sua opera metiuntur iustitiam. Proinde quoties ex praescriptis operibus aliquid comiserint, iam saluti suae adeoque iustitiae aliquid decessisse existimant, Idcirco nunquam ad virum in Christo perfectum evadunt, sed sunt semper trepidi, et, ut Paulus ait, semper discentes, et nunquam ad scientiam veritatis pervenientes, hinc doctores iustitiae, id est, fidei persequuntur, et fit illis Christus dei iustitia offendiculum, et ruina ut ait Simeon.

[10:4] Perfectio legis Christus

Christus solus implevit legem, ut ait Matth.5. et implevit non sibi, sed nobis, sibi credentibus. Factus pro nobis maledictum, ut nos a maledicto legis eriperet: factus sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, et merito. nam in eius unius manu ea erat. Hinc Ioan.1. Lex per Mosen data est, veritas autem, et gratia per Iesum Christum facta est. Gratiam opponit furori, quia lex operatur iram veritatem autem hypocrisi, quia lex per opera externa hypocritas tantum facit, non ex corde bonos, dum affectus non transformat. Est igitur sensus, Ideo non iustificamur per legem, ea enim in hoc data est, ut nos condemnet. Impletur autem a Christo, et eius impletio imputatur nobis credentibus. Hinc ad Gal. Lex, inquit, propter

mānticību. Un Pauls to ar ļoti atbilstošu vārdu Ἐθελοθρησκίαν nosauc, tas ir, savprātīgu, proti, patvaļīgu reliģiju, par ko nav nekā pestelīgāka. Tādēļ jāmeklē ir patiesa pietātes regula svēto rakstu pavēlēs, jo citādi, ja Dievs vienmēr ar labu nodomu, kā saka, kāpēc to jūdiem neparedzēja? Patiesi, ne jau no savu pašu vārdu patiesības to vajadzēja gaidīt. Rakstu mācītāji sev šķiet pareizi rīkojamies, kad visu dienu pavada ar svētošanu, pa to laiku par žēlsirdību un mīlestības darbiem pavisam aizmirsuši. Tāpat arī mūsu rakstu mācītāji, bet ko viņi dzird? Žēlsirdību gribu un Dieva patiesību, bet ne upuri. Tāpat arī mūsu mišisti vienmēr domā, kad svin sakramentus, cauras dienas templī psalmus dzied, bet par Dieva patiesību un par tā saturu, ko psalmos dziedam, nekādas rūpes. Ar vislabāko nodomu šķiet skaitām garas lūgšanas, nu tad domādami, ka visādā daudzvārdībā tiks uzklausīti un ka ne tikai sev, bet arī citiem samierinās Dievu, bet dēļ sāncensības, kas šeit bija, bez patiesības, saka: Bargāku tiesu saņemsiet. Tādējādi visi cilvēciskie riti Dieva acīs nav nekas, ja tā nav kalpošana no brīvas mīlestības. Jo ir rakstīts: Velti mani pielūdz cilvēcisku mācību un pavēļu daudzīnātāji.

Kas tic uz Kristu, taisni top no ticības, nevis sevis pašu, bet Kristus taisnībā, ko viņš tiem, kas tic uz viņu, paziņo, lai nekas bez viņa pestīšanai nebūtu vajadzīgs. Jo darbi, kas pēc ticības seko, nevairo taisnību, bet ir tās augļi. Šo taisnību nepazīst tie, kuri ne pēc Kristus, bet ar saviem darbiem domā pelnam taisnošanu. Tādēļ, cikreiz dēļ pavēlētiem darbiem kaut ko pasāk, savas pestīšanas taisnībai kaut ko jau panākuši domā, tādējādi nekad par pilnīgu vīru Kristū nekļūstot, bet vienmēr ir drebuļojoši, un, kā Pauls saka, vienmēr mācoties, bet nekad pie patiesības zināšanas nenākot, no šejienes taisnības skolotāji, tādi kas pēc ticības dzenas, bet Kristus viņiem kļūst par Dieva taisnības klupšanas akmentiņu un sagraīvi, kā saka Simeons.

Tikai Kristus piepilda likumu, kā saka Matejs 5., un piepilda nevis sev, bet mums, kas tic uz viņu. Viņš mūsu dēļ nolādēts, lai mūs no likuma lāsta izrautu: tapis zem likuma, lai tos, kas zem likuma, izpirktu, un pēc nopelna, jo tikai viņa rokās tas bija. Šeit Jānis 1. Likums caur Mozu dots, bet patiesība un žēlastība caur Jēzu Kristu nāk. Žēlastību liek pretī trakošanai, jo likums rada dusmas, bet patiesību liek pretī liekulībai, jo likums caur darbu, ne no krietnas sirds, tikai ārēju liekulību rada, jo sirdsprātu nepārveido. Tātad tas nozīmē, ka netiekam taisnoti caur likumu, jo tas dots tikai, lai mūs notiesātu. Bet likums ir Kristus piepildīts un viņa piepildījums tiek iedēstīts

transgressiones posita est, et est paedagogus noster ad Christum.

[10:5] Moses enim scribit de lu.

Duplicem dicit esse iustitiam, Legis, quae exigit opera, et (cum spiritualis sit) operibus respondentem affectum, dicentemque, qui facit hoc et hoc iustus est. Fidei, quae de suis operibus desperans (cum in conspectu dei nemo vivens iustificetur) Christo per verbum promissionis nititur, qui credentibus legem implevit. Ea enim dicit, crede, et iustus es. Nam fide purificat corda nostra deus. Quae autem post consecutam ex fide iustitiam operamur, non lex facit, sed Christus, per fidem in cordibus nostris habitans. Quemadmodum ait Apostolus: Vivo iam non ego.

[10:8] Prope te verbum tuum

Sensus est, quoniam Evangelium fidem tantum requirit, fides autem experimenta rerum non flagitat, (cum sit certitudo rerum sperandarum, et necdum apparentium) sed verbo veritatis, deoque mentiri nescio nititur. Nihil opus esse, ut more Iudaeorum, vel coelitus, vel ab inferis argumentum fidei praestetur, sed ex solo verbo promissionis pendeamus. q. d. Cordi tuo quies erit, adeoque et iustificaberis, si verbum dei corde comprehenderis. Nam hoc aut illud opus non iustificabit te, sed si deo ex corde credas. Illud verbum fidei corde conceptum et amatum iustificabit te. Sicut dicit: Ut audias vocem meam, et credas mihi. Proinde fide iustificamur.

Quemadmodum autem gratiae lux Christus, etiam ante Ioannis testimonium innocenti conversatione in tenebris, id est, inter homines naturae et conscientiae lumen tantum sequentes, lucebat, nec tamen ab illis comprehendebatur esse lux. Ita et Evangelium frustra in libris habemus, nisi viva id voce nobis personet, quod credentes illustrat, praesensque est apud eos in corde, modo crediderint, ut duces gratiae vel coelitus, vel ab inferis petere non sit opus, sed fide tantum verbum dei corde concipere, quo concepto, iam novus homo factus es. Nam evangelium nihil requirit, nisi cordis innovationem.

[10:6] Quis ascendet

Dicere in corde, quis ascendit in coelum, est dubitare de Christi glorificatione adeoque nostri per eum iustificatione dicere vero in corde, quis descendet in abyssum? est dubitare de Christi pro nobis abiectio, qui pro nobis traditus est

mūsos, ticīgajos. Tā galatiešiem saka: Likums pārkāpumu dēļ ir nolikts un ir mūsu pavadonis⁸⁷ pie Kristus.

Divējādu saka esam taisnību, likuma, kura pieprasa darbus, un (jo ir taču garīgs) darbiem atbilstošu nodomu, sakot, kas dara šo un šo, būs taisns. Un ticības, kas par saviem darbiem izmistot (jo Dieva priekšā neviens no dzīvajiem netiek taisnots), balstās Kristus apsolījuma vārdā, kas ticīgajiem likumu piepilda. Jo tā viņš saka: Tici un būsi taisnots. Jo ticībā Dievs mūsu sirdis šķīsta. Tas, ko darām no ticībai sekojošās taisnības, ne likums dara mūsos, bet Kristus, kurš ticībā mūsu sirdis dzīvo. Tā kā saka Apustulis: Dzīvoju jau ne es.

Tas nozīmē: Jo evaņģēlijs tikai ticību prasa, bet ticībai lietišķa pārbaude nerūp, (kad ir vēl tikai ceramu lietu aprisē, bet ne jau parādījušos), tā patiesības vārdā balstās, jo Dievu melojam nepazīstu. Nebūs nekāda labuma, ja pēc jūdu paraduma no debesīm vai no elles ticības arguments tiks piegādāts, bet tikai un vienīgi no apsolījuma vārda mēs to atvedināsim. Tavā sirdī mierīgs būs un tāpēc arī tiks taisnots, ja Dieva vārdu sirdī satvers. Jo šis vai tas darbs netaisnos tevi, bet ja Dievam no visas sirds ticēsi. Šis ticības vārds sirdī uzņemts un iemīlēts taisnos tevi. Tā kā saka: lai tu klausītos manu balsi un ticētu man. Tādēļ ticībā mēs tiksim taisnoti.

Tāpat kā Kristus⁸⁸ žēlastības gaisma mirdzēja vēl pirms Jāņa liecinājuma nevainīgajā dzīvē tumsā, tas ir, starp cilvēkiem, kad apziņas gaismu vēl tikai meklēja, bet no viņiem netika satverts kā gaisma. Tā arī evaņģēliju velti grāmatās meklēsim, ja vien dzīvā balsi tas neatskanēs, kas ticīgos apgaismos un ir klātesošs viņu sirdīs, ja vien būs ticējuši, ka ne no debesīm ne elles žēlastības vadoni lūgt nevajag, bet tikai ticībā Dieva vārdu ar sirdi uzņemtu, ko uzņemot, jau jauns cilvēks ir tapis. Jo evaņģēlijam nav vajadzīgs nekas kā tikai sirds atjaunināšana.

Jautāt sirdī, kas uzkāpa debesīs? ir šaubīties par Kristus godībā celšanu, tāpat kā par mūsu caur viņu taisnošanu; jautāt patiesi sirdī, kurš nokāpa ellē? ir šaubīties par Kristus dēļ mums noraidīšanu, kurš mūsu dēļ tika nodots nāvē un ellē, bet

⁸⁷ Παιδαγωγός, gr. val., senajā Grieķijā: vergs kas pavadīja bērnu uz skolu.

⁸⁸ Droši vien šeit Jānis jāsaprot kā gaisma pirms Kristus.

morti et inferis, sed teneri non potuit, adeoque hoc est dubitare de nostri a morte et inferis redemptione. Atque ita ad utranque quaestionem, quis ascendet? quis descendet? respondetur Christus, qui nobis factus est iustitia, redemptio etc. qui verbum illud nobis attulit unde credentes iustificantur.

[10:9] Nempe si confessus fueris

Confessio ea ad salutem necessaria est, quemadmodum ait, Qui me erubuerit, et sermones meos coram hominibus etc. Neque enim aliter fratrem nostrum ad Christum pellicere possumus, nisi quod ipsi toto corde credamus, et illi ad salutem ore confiteamur, ac per verbum evangelicum illum domino lucremur.

Dominum autem ait

Nimirum peccati, mortis, adeoque et inferorum. Nam illa eius victoria tyrannidis, omnium horum est abolitio, quia absorpta est mors per victoriam, id est, victorem Christum, et, Deo autem gratia, qui dedit nobis victoriam, haud dubium peccati et mortis.

[10:12] Dives in omnes

Dives quidem est, sed tantum in invocantes. Neque enim recipere poteris, quod te recepturum non credideris. Hinc est quod dominus omnia benefacta sua fidei tribuit. Fides, inquiens, tua te salvum fecit. Et, Sicut credidisti, fiat tibi. Et in patria sua non potuit miracula facere. Proinde quotidie illam oportet alere, et exercere, donec in virum perfectum adoleamus. Quia nullus speravit in eum, et confusus est.

[10:13] Quisquis enim in uno. etc.

Iohelis.2. et Act.2. Est autem ditissima, et opulentissima promissio, aptissime conveniens ei, quod praecessit, singulari emphasi accipiendum. Dives, nempe plura et maiora donans, quam possit infirmitas nostra aut petere aut sperare, sicut ait: Potens est facere omnia abundantius quam petimus aut intelligimus. Proinde pium dogma Christianum esto. Si quis credat placari deum per fidem in Christum, condonarique peccatum per hoc solum, citra omnes satisfactiones, quae obscurant Christum. Nam evangelium gratiam, vitam,

nevarēja tur tikt noturēts, tā ka tas ir šaubīties par mūsu izpirkšanu no nāves un elles. Un tā ka atbilde uz abiem jautājumiem, kurš uzkāpa? Kurš nokāpa? ir Kristus, kurš mums ir tapis par taisnību, izpirkšanu etc, kurš mums šo vārdu pienesa, lai no tā mēs tiktu taisnoti.

Šī atzišanās nepieciešama ir priekš pestīšanas, tāpat kā saka: Kas kaunēsies no manis un maniem vārdiem cilvēku priekšā, etc. Patiesi, jo citādi mūsu brāļi pie Kristus atvilināt nevarēsīm, ja vien no visas sirds viņam neticēsīm un viņam balsī pestīšanas dēļ nelūgsimies un caur evaņģēlija vārdu viņu Kungam kā peļņu neatgūsim.

⁸⁹Nav brīnums, grēka, nāves un arī elles. Jo šī viņa ir uzvara pār varu un visu šo atcelšana, jo nāve ir aprīta uzvarā, tas ir, uzvarētājā Kristū, un pateicība Dievam, kurš mums devis nešaubīgu uzvaru pār grēku un nāvi.⁹⁰

Tiešām ir bagāts, bet tikai tiem, kas viņu piesauc. Nedz uzņemt spēsi, ja neticēsi, ka uzņemt spēji. No šejienes seko, ka Kungs visu savu labdarību piešķir ticībai. Saka tā: tava ticība tevi ir izglābusi. Un pēc tā, kā esi ticējis, lai tev ir. Un savā tēvijā brīnumus darīt nespēja. Tādēļ ik dienu ticību vajag barot un vingrināt, līdz pilnīgam vīram pieaugam. Jo neviens necerēja uz viņu, un ir likts kaunā.

Joēla 2 un Apust.darbi 2. Tas ir visbagātīgākais un pilnīgākais apsoliņums, vispiemērotāk sekojošs tam, kas iepriekš, ar īpašu uzsvāru saņemams. Bagātīgs, jo daudz un vairāk dodošs, nekā mūsu nespēks var gribēt vai cerēt, kā sakot: viņš spēj visu darīt ar lielāku pārpilnību, nekā mēs tiektos vai aptvert spētu.⁹¹ Tādēļ kristieša mācībai būs būt uzticamai. Ja kas tic Dievu samierināmu caur ticību uz Kristu, un grēku piedošanu atvēlētu pēc tam, tad tikai un vienīgi caur šo, bez jebkāda gandarījuma, kas tikai apbēdinātu Kristu. Jo evaņģēlijs apsola

⁸⁹ Šim fragmentam neatbilst rakstu vietas vārdkopa. Dominum autem ait nav romiešu vēstules tekstā šajā nodaļā.

⁹⁰ 1 Kor 15:57 Bet paldies Dievam, kas mums devis uzvaru caur mūsu Kungu Jēzu Kristu.

⁹¹ Efes 3:20 Bet Viņam, kas, darbodamies mūsos ar Savu brīnišķo varu, spēj darīt daudz vairāk par visu, ko lūdzam vai saprotam

salutem, et quid tandem non? iis tantum promittit et donat, qui fide cohaerent cum Christo, eoque freti, nihil non audent, etiam contra inferorum portas. Proinde evangelica iustitia fiducia est in Christum.

[10:15a] Nisi missi fuerint. Sicut scriptum est

Mittendi auctoritatem nemo habet, nisi unus Christus, qui ait: Euntes in mundum universum etc. Et, Ecce ego mitto vos. Hinc de pseudoapostolis: Quotquot venerunt fures sunt et latrones. Et ipsi currebant, et ego non mittebam eos, et ipsi praedicabant, et ego non loquebar ad eos, De Ioanne autem, Fuit, inquit, homo missus a deo. Mitti ergo est non quaesita occasione, immo potius invitum, vel consensu ecclesiae, vel vocatione numinis ad ministerium verbi seligi, quicumque ergo sonuerit tibi Christum, tibi Christum sonuerit, missum a deo ne dubites. Sicut de Ioanne scriptura dicit, Si traditionum humanarum fecem proponit, pseudoapostolum esse ne dubites. Stat enim sententia, ut testimonium perhiberet de lumine. Proinde cavendum ne nostro affectu ad hoc munus nosmet ingeramus, sed vocationem numinis, vel per se, vel per ecclesiam, aut potestatem, cui ea credita est, expectemus.

Non enim obliviscetur nostri deus, Si nos aptos ei muneri viderit. Non tamen aspernandus illius zelus, qui pio studio huc aspirarit. Nam et apostolus bonum opus ait desyderare eum, qui Episcopi munus optat. Quippe qui famae, rerum, ac vitae discriminis contemptor, solius dei gloriam sitiatur.

[10:15b] Quam speciosi sunt pedes

Vulgare est in scriptura, opus praedicationis evangelicae vocari cursus. ut ad Gal.1. et 2.Ti.4. et in psal. velociter currit sermo eius. Hinc verbi praecones pedes Christi vocantur, quod per illos ad hominum noticiam ambulet Christus.

[10:16] At non omnes

Evangelium exigit, ut nostris iustitiis, meritis, adeoque omnibus viribus diffisi, ex solo abunde divite, in se invocantes, Christo pendeamus, qui factus est pro nobis peccatum ut nos essemus iusticia in illo, atque in pietate non affectum nostrum, sed lucem gratiae Christum sequamur. Denique non iuxta nostra vel merita vel demerita metiamur, sed iuxta verbum promissionis illius gratuita. Hunc affectum bona pars mortalium, curis, voluptatibus, et ambitione praepedita, ut habet parabola de invitatis ad coenam negligit, maxima autem pars suis iustitiis, et operibus adeo fident, ut per illa non tantum sibi, sed et aliis regni dei ingressum polliceantur, adeoque ut vendant sua merita, a quibus cavendum tanquam rapacibus lupis, toties monet dominus, itidem et apostoli.

žēlastību, dzīvību, pestīšanu un galu galā ko vēl ne? Tikai tiem sola un dāvā, kas ticībā saskanīgi ar Kristu, un, viņā pašāvēģīgi, tiem nekā nav, ko neuzdrošinātos, pat arī pret elles vārtiem. Tādēļ evaņģeliskās taisnības uzticamība ir Kristū.

Nevienam nav sūtīšanas pilnvaras kā vienīgi Kristum, kurš saka: Ejiet pa visu pasauli etc. Un, redzi, es jūs sūtu. Šeit par viltus praviešiem: Cik vien nāk, tie zagļi un laupītāji. Paši viņi saskrējuši, es viņus neesmu sūtījis, un paši sludināja, es viņus neuzrunāju. Bet par Jāni saka: Bija cilvēks, sūtīts no Dieva. Tik sūtītam nav uz kaut ko izdevīgu, drīzāk kas negribēts, vai nu pēc draudzes lēmuma, vai pēc dievišķā aicinājuma uz vārda kalpošanu tikt izraudzītam: tad nu, kad vien tev Kristu daudzina, tev Kristu daudzina, tad sūtītu no Dieva nešaubies. Tāpat kā par Jāni raksti saka: Ja tev piedāvā cilvēcisku devumu atkritumus, nešaubies to viltus apustuli esam. Jo ir teikts: lai dod liecību par gaismu. Tamdēļ ir jāuzmanās, lai ne mūsu iedomas dēļ sevi spiežam uz šo pienākumu, bet pēc dievišķā aicinājuma, vai no sevis, vai no draudzes, vai no citas autoritātes, kam tas ir uzticēts.

Jo Dievs neaizmirsīs mūs, ja redzēs mūs viņa pienākumiem gatavus. Jo nenoncinās to mīlestību, kas ar dedzīgu centību uz to tiecas. Jo arī apustulis saka, ka labs darbs ir alkt pēc tā, ko bīskapa kalpošana prasa. Proti, kas ir slavas, lietu un dzīvē stāvokļa nicinātājs, tikai Dieva slavu alkstošs.

Rakstos evaņģelija sludināšanas darbu vienkāršoti sauc par skrējienu, kā galatiešiem 1 un 2 Timotejam 4. un psalmā, ātri skrien viņa runa. Šeit vārda izziņotāji tiek nosauktas Kristus kājas, jo ar tām cilvēku uzzināšanai Kristus staigā.

Evaņģelijam liek nākt, lai, vīlušies savā taisnībā, nopelnos un visos pūliņos, tikai no vienas bagātības no Kristus būtu atkarīgi, sevi to piesaucot, kurš mūsu grēku piedošanas dēļ nācis, lai mēs taisnība būtu viņā un Kristus žēlastības gaismai godbijībā sekotu, bet ne savai iedomai. Beidzot ne pēc mūsu nopelna vai trūkumiem tiekam mērīti, bet pēc viņa dāvātā apsolījuma vārda. Šo tieksmi laba daļa mirstīgo ar rūpēm baudām un alkām sasaistījušies neievēro, kā tas ir līdžībā par aicinātajiem uz mielastu, bet lielākā daļa savām taisnībām un darbiem tik tālu paļaujas, ka caur tiem ne tikai sev, bet arī pārējiem Dieva valstības atnākšanu apsola līdz pat tam, ka pārdod kā savu nopelni, no kuriem jāsargās kā no plēsīgiem vilkiem, ko tik bieži brīdina Kungs kā arī apustuļi. Acīm redzot

quippe qui simplices pestifera meritorum persuasione, a Christi fide divellunt, suisque iusticiis, id est, panno menstruo polluto, inniti docent. Ut non sit mirum Esaiam praevidisse paucissimos evangelio, id est, divinis promissionibus se toto corde, citra ullum operum respectum submissuros.

[10:18] In omnem terram

Exivit, inquit, non autem pervenit, quia fortassis aut adhuc multae erant insulae, et regiones, ad quas Evangelii praedicatio necdum pervenerat, suo tamen tempore perventura. Quemadmodum Paulus vetitus est verbum dei loqui in Asia, vocatus autem est in Macedoniam. Hinc ad Colos. dicit Evangelium in universo mundo fructificare, et omni creaturae, quae sub coelo est, innotuisse, non simul, sed a suo cuiusque tempore, iuxta ordinatissimum dei, omnia secundum consilium voluntatis suae operantis, dispensationem. Ait enim: Et praedicabitur hoc evangelium regni in toto orbe terrarum, et tunc veniet consummatio. Matth.24.

[10:19] Sed dico

Ostendit Paulus superius Israëlem caecitati suae praetexere non posse, quod de salvatore nostro non audierint. Nunc quod eum etiam nosse potuissent, quemadmodum ait Nicodemus: Rabbi scimus quia a deo venisti magister. Et multi, inquit, ex principibus credebant in eum, sed propter pharisaeos non confitebantur, ne absque Synagoga fierent. Excaecati autem partim malicia, partim invidia, de gentium salute concepta, dum malunt gentibus invidere, quam illorum fidem aemulari, partim autem humano pudore, dum plus diligunt gloriam hominum, quam dei, id quod duorum prophetarum testimonio astruit.

[10:21] Toto die expandi

Id est, certavi benefactis semper cum incredulis, ac blasphemis in Beelzebub me eiicere daemona blasphemantibus. Luc.10. et Samaritanum esse, et daemonium habere dicentibus. Io.8.

kuri vienkāršos ļaudis pestelīgu nopelnu pārliecībā no Kristus ticības nost plēš un ar savu taisnību, proti, menstruāciju netīrumu lupatā pamatojoties, māca. Lai nebūtu jābrīnās, ka Jesaja paredzējis, ka tikai daži tiks sūtīti sludināt evaņģeliju no visas sirds, tas ir, ar dievišķiem apsolījumiem bez kādu darbu ievērošanas.

Viņš saka: ir izgājis, bet ne nonācis, jo iespējams vēl ir daudz salu, apgabalu, kur evaņģelija pasludinājums vēl nav nonācis, bet savā laikā nonāks. Tāpat kā Paulam ir aizliegts sludināt Dieva vārdu Āzijā, bet ir aicināts Maķedonijā. Tā kolosiešiem saka: Evaņģelijs nes augļus visā pasaulē visām radībām, kas ir zem debess, gan piemetinot, ne vienlaikus, bet katrā vietā savā laikā pēc Dieva kārtības visu saskaņā ar savas darbojošās gribas nodomu un izkārtojumu. Un saka vēl: šis evaņģelijs tiks pasludināts apkārt pa visu zemi un tad nāks piepildījums. Mat. 24.

Pauls augstāk rāda, ka Israēls nespēj ar savu aklumu aizbildināties, ka par mūsu pestītāju nav dzirdējuši. Jo jau varēja arī zināt pēc Nikodēma sacītā: Rabi, zinām, ka no Dieva tu esi nācis, skolotājs. Tāpat saka, ka daudzi no valdniekiem ticēja uz viņu, bet farizeju dēļ neatzina, kas ne bez Sinagogas ziņas notika. Daļēji akli no ļaunuma, daļēji dēļ skaudības, no pagānu pestīšanas ieņemtas, kad vairāk grib pagānus apskaust, nekā viņu ticībai līdzināties, daļēji arī no cilvēciska kauna, kad vairāk mīl cilvēku slavinājumus, nekā Dieva, tas ko ar divu praviešu liecinājumu apstiprina.

Tas ir, vienmēr esmu cīnījies ar neticīgajiem ar labestību, un pret zaimiem, ka es Belcebula vārdā izdzenot dēmonus no zaimotājiem. Lūkas 10. un samarieti būt un dēmonu apsēstu, apgalvojot Jāņa 8.⁹²

Caput XI

Vienpadsmitā nodaļa

⁹² Jāņa 8:48 Jūdi Viņam atbildēja: "Vai mēs pareizi nesakām, ka Tu esi samarietis un ka Tevī ir velns?"

[11:1] Dico igitur, num repulit deus populum suum? absit, nam et ego Israēlita sum etc.

Concluserunt ca. superiori prophetarum testimoniis inventum a gentibus deum. Israēli autem frustra beneficia exhibuisse, nimirum incredulo, et contradictori, ne totam gentem quis putaret abiectam, occupatione rem diluit, docens suo, ac veteris historiae exemplo deum suos, quamvis paucissimos. Et nulli, nisi uni sibi cognitos in mundo vel corruptissimo semper habere. Simile quippiam iam aliquot seculis factum, nemini dubium, ut cum totus mundus pene, abominationem desolationis in loco sancto stantem adoraret, genuque curvarit, immo ad spurcissimorum pedum oscula etiam imperatores procubuerint, electos suos ab hoc errore deus praeservaverit, aut certe ad veritatem traduxerit, Est itaque consolatio per exemplum.

[11:4] Imagini Baal

Baal idolum erat Accaron, cuius zelo Isabel dei propheta fecit occidi. Alio nomine Beel phegor seu Baalpeor. Erat autem idolum Priapi autore Hiero. in Esa. ca.15.

[11:6] Quod si per gratiam

Enthymema est, id est, syllogismus imperfectus, docens pugnantia esse gratiam et meritum, illaque nos sola servari. Simile ad Ephe.2.

[11:8] Dedit eis deus

Explicuit prophetae sententiam additis nonnullis de suo. Compunctio autem hic in malum sumitur, veluti cum alienae felicitatis dolore quis compungitur. Sicut Iudaei in miraculis et doctrina Christi. increpa, inquirunt, discipulos tuos, et postea in gentium salute 1.Tess.2

[11:9] Vertatur mensa illorum

Mensa, ex qua Iudaei enutriti sunt, et de qua vitae panem comederunt, lex est et prophetae, quae illis in laqueum fit, captionem, et offendiculum, dum Christum, in quem ceu scopum omnis scriptura divina tendit, non recipiunt, sed alium quendam sibi pollicentur, qui promissiones divinas spirituales, carnaliter exhibeat, cum Christus nos coelestibus benedictionibus erat locupletaturus, Fit et laqueus praedicatio evangelii omnibus impiis, quod ex illo non

Secina no minēto praviešu liecībām, ka Dievu pagāni atklājuši. Bet velti šī labdarība rādīta Isarēlim, bez šaubām, neticīgam un pretīmrunājošajam un, lai kāds nedomātu par visu tautu kā atraidītu, rāda no pretējā ar savu un seniem vēsturiskiem piemēriem, lai arī tikai nedaudziem, kas Dievam palikuši uzticīgi. Un neviena kā tikai sevis vien atpazītus pasaulē, lai arī vissamaitātākajā, vienmēr paturēja. Tā līdzīgi jau dažus gadsimtus atpakaļ, vai kādam šaubas, kad gandrīz visa pasaule pielūdza svētajā vietā stāvošo izpostīšanas negantību, kad pie visnetīrāko podagras slimo kāju skūpstiem pat ķeizari krita ceļos, savus izredzētos Dievs paglāba no šiem maldiem un droši pie patiesības atveda, un tā tad ir mierinājuma piemērs.

Baala tēls bija Akarons, greizsirdībā pret kuru Jesebele Dieva praviešus pavēlēja nogalināt. Citā vārdā Beel Fegor vai Baalpeor. Bet tas bija Priapi dievklis pēc Hieronima, Jes. ap 15.

Šeit ἐνθύμημα, tas ir, nepabeigtais silogisms,⁹³ kas grib mācīt, ka saprašana par žēlastību un ieguvumu nāk diskusijā, jo tikai tās mūs var pasargāt. Līdzīgi efesiešiem 2.

Izskaidrojais pravieša domu, pievienojot dažas no sevis. Sirdsduršana⁹⁴ šeit ar noliegumu skatīta, vai tad dēļ sveša izdevīguma sirdī sāpīgi kaut kas dur? Līdzīgi kā jūdi par Kristus brīnumiem un mācību saka: Sabar savus praviešus, un vēlāk pagānu pestīšanas labā, 1.Tes. 2.⁹⁵

Galds, no kā jūdi barojas un no kā dzīves maizi ņem, ir likums un pravieši, kuri viņiem par lamatām top, notveršanu un klupšanu, kamēr Kristu, uz ko kā mērķi visi svētie raksti tendē, viņi nepieņem, bet kādu citu sev sola, kurš garīgos dievišķos apsolījumus atrādītu miesiski, kamēr Kristus mūs ar debesu svētībām piepildīs pilnībā. Top arī par lamatām evaņģelija sludināšana visiem tiem, kuri no tā nelabojas, bet atrod ieganstu grēkošanai, lai tas kļūtu tiem par nāves smaku uz

⁹³ Sk. par silogismiem pie ἐνθύμημα <https://en.wikipedia.org/wiki/Enthymeme>

⁹⁴ Vulgata tekstā *spiritus soporis*, (jaun. tulk. *truluma gars*), kas senākajā tekstā *spiritus conpunctionis*, kuru arī A.Knopkens komentē.

⁹⁵ Manuskriptam malā komentārs: *Condemnatio iudaeorum atque adeo omnium qui persequuntur evangelium = jūdu kā arī visu kas seko evaņģelijam nosodišana*

emendentur, sed occasionem peccandi sumant, ut fiat eis odor mortis in mortem, sicut piis odor vitae in vitam 2.Cor.9.

[11:10] Et tergum illorum

Tergum Iudaeorum maximis servitutis oneribus praemittitur, Nimirum peccati et legis, quae si vellent per fidem in Christum deponerent, in quo posuit deus omnium iniquitatem nostram. Et qui est finis legis ad iusticiam omni credenti. Haec duo sequitur tertium onus multo miserrimum, afflictiae scilicet conscientiae, quod nunquam sinit eos erecta mente ad deum contendere, sed semper metu servili aspectum eius fugere. Horum autem onerum symbolum est haec externa servitus, qua caeterorum nationum principibus sunt subiecti, quemadmodum domino repudiato dicebant ad Pilatum. Non habemus regem nisi caesarem.

[11:11a] Num ideo impegerunt

Repetitio est quaestionis superioris, cui respondet apta causa a fine.

[11:11b] Salus contigit

Hinc Paulus reiicientibus et blasphemantibus verbum domini Iudaeis. Vobis, inquit, oportebat primum loqui verbum dei, sed quoniam repellitis illud.

[11:11c] Ad aemulandum

Dum enim vident Iudaei tantas bonitatis divitias in gentes deum effundere, quibus nihil ex promisso debebat, et ipsi fiducia concepta, tanto magis sibi id de eo pollicentur, quibus facta est promissio quam gentes, quibus sola misericordia est salutis occasio. infra ca.15.

[11:12] Diminutio illorum

Sensus est: Si Israelitarum incredulitas, et defectio, tam prospere cessit gentibus, ut per illorum caecitatem reciperent Evangelium, quanto magis eorum conversio est gentibus saluti futura. Annotabis ut divina sapientia omnia suaviter disponat, etiam res pessimas in optimum exitum convertendo. Quid enim lacrimis dignius, quam eos, quibus salutis promissio facta est ab ea excidere? At casus ille multitudinini gentium fuit ansa recipiendi Evangelii, Quemadmodum non uno in loco prodidit Prophetarum. Adeoque patriarcha Gen.49. Et ipse dominus. Multi ab oriente, et occidente venient.

nāvi tāpat kā dievbijīgajiem dzīvības smarža uz dzīvību. 2. Kor. 9.

Jūdu mugura ir nospiesta ar vislielāko kalpošanas nastu, bez šaubām, dēļ grēka un likuma, kurus, ja viņi to gribētu, noliktu caur ticību uz Kristu, kam Dievs uzlika mūsu visu nodarījumu. Un tas arī ir likuma nobeigums uz taisnošanu ikvienam ticīgajam. Šīm divām seko trešā daudz nožēlojamāka nasta, proti, nospiestā sirdsapziņa, kura nekad neļauj uz Dievu tiekties ar iztaisnojušos prātu, bet vienmēr ar verdziskām bailēm bēg no viņa vaiga. Bet šo nastu apstiprinājums ir šī ārējā vergošana, proti, pakļautība citu tautu valdniekiem, tā kā par atraidīto Kungu viņi sacīja Pilātam: mums nav cita ķēniņa kā vien Cēzars.

Šis ir augšējā jautājuma atkārtojums, kam pretī atbilstošs cēlonis no beigām.

Šeit Pauls jūdiem, kas nepieņem un zaimo Dieva vārdu, saka: Jums vajadzēja vispirmāk runāt Dieva vārdu, bet tāpēc ka to atraidāt.⁹⁶

Kad nu jūdi redz, ka Dievs izlej pagānos tik lielas labumu bagātības, kuriem no apsolījuma nekas nepienācās, tad arī paši, ieņēmuši pašāvēību, tik daudz vairāk sev no tā pieprasījuši, kam pēc apsolījuma pienācās nevis pagāniem, kuriem pestīšana vienīgi žēlsirdības un sagādīšanās pēc. Tālāk 15. nodaļā.

Tas nozīmē: Ja israeliešu neticība un atkrišana tik veiksmīgi izvērsās pie pagāniem, ka caur viņu aklumu tie saņēma evaņģeliju, cik daudz lielāka būs viņu atgriešanās pagānu nākamajā pestīšanā. Ievēro, ka dievišķā gudrība visu vislabāk izkārto, arī vissliktākās lietas galā par vislabākajām pārvēršot. Kas vēl par asarām dārgāks, caur kurām notika pestīšanas apsolījuma piepildījums? Un šī izdevība daudziem no pagāniem itin kā evaņģelija satveršanas ķeksis, kā to ne vienā vien vietā rādījuši pravieši. Un tā patriarhs Gen. 49. Un pats Kungs: Daudzi no austrumiem un rietumiem nāks.

⁹⁶ Apust.d. 13:46 Bet Pāvils un Barnaba, pašāvēības pilni, sacīja: "Dieva vārdu vajadzēja vispirms jums sludināt; bet, kad jūs to atmetat un sevi neturat par mūžīgās dzīvības cienīgiem, lūk, tad mēs griežamies pie pagāniem.

[11:13] Vobis enim

Ἀποστροφή est ad gentes, quarum cum erat apostolus, ut hic, et 1.Timo.2. et aliis in locis confitetur, et ex actis discimus. dicit se adniti, ut gnaviter obeundo, commissum munus, illustrius illud reddat, Hortatur negentes aversentur Israëlem, suo tempore ad dominum reversurum. Proinde sensus est: Vobis gentibus ministerium meum fideliter praesto, ut aemulatione vestri invitem Israëlitas.

[11:14] Et salvos reddam

Vide hic inscrutabilia dei iudicia. Iam supra ostendit in Iacob et Esau praedestinos ad vitam perire non posse, reprobos servari non posse, et praescientiam divinam, qua omnia deus facit iuxta consilium voluntatis suae, tantis scripturarum argumentis astruxit. Hic tamen iterum loqui videtur, quasi humanus conatus etiam quicquam ad rem facere videatur, Nimirum ut doceat nos etiam erga reprobos affectum fraternum, et industriam nostram, pro viribus, exhibendam esse, quemadmodum ipse dominus pro crucifixoribus suis oravit. Et Philipenses hortatur Paulus, ut adiuvent decertantem fidem evangelii, cum utique illud humanis praesidiis non egeat, sed ut industriam et conatum nostrum requirere deum doceat, praesertim in iis rebus, in quibus salutis negotium agitur, Hinc infra eum qui praeest in diligentia vult praeesse. Quemadmodum et de se ait, incumbens mihi cura quotidiana omnium ecclesiarum. 2.Kor.11. Discamus igitur et nos gnaviter praesidere iis, ad quae deus nos vocavit, quantumvis ea abiecta videantur in oculis hominum. Deus non opus, et officium, sed fidem, et affectum pensat. Patriarcharum videtur, in oculis carnis, abiectissima conditio, nempe pascendorum pecorum, at illa plus deo probata est, quam illa speciosissima hypocrisis scribarum et phariseorum, infinita sacrificia, et orationes prolixas multiplicantium. Stat enim sententia: Domine oculi tui respiciunt fidem.

[11:15] Si reiectio illorum

Sensus est: Si reiectis illis tam immodice liberalis fuit deus in gentes, quanto liberalior in Iudaeos futurus est, si eos assumpserit. Erit enim assumptio illorum velut vita ex mortuis.

[11:16] Quod si primitiae sanctae

Duplici similitudine proposita. Molae, id est, farinae oleo conspersae, et arboris docet posteritatem Patriarcharum, ob nativam patrum pietatem, facile ad fidem converti posse: Si

Pagrieziens (Ἀποστροφή)⁹⁷ uz pagānu pusi, kuru apustulis kad bija, kā šeit, gan 1.Tim.2, gan citās vietās atzīst, un arī no Ap.d. mācāmies, kad saka, ka balstīsies tajā, lai, pildot kalpošanu, ar lielāku alku aizejot, ar lielāku gaismu to atdotu. Iedrošina, ka tie, kas atsakās novērsties no Israēla savā laikā tiks atgriezti pie Kunga. Tādēļ jēga tajā: Jums pagāniem savu kalpošanu pašāvēģīgi atdodu, lai pēc jūsu sekošanas piemēra aicinātu Israēli.

Lūk šī neizdibināmā Dieva tiesa. Jau augstāk pie Jēkaba un Ēzava rāda, ka dzīvībai priekšparedzētie nemirs, atraidītie netiks saglabāti, un dievišķo priekšzināšanu, kurā Dievs visu dara pēc savas gribas padoma, ar tik daudziem rakstu argumentiem apstiprina. Tomēr šeit atkal šķiet it kā sakām, ka cilvēcisks mēģinājums cenšas arī kaut ko darīt lietas labā, kad, piemēram, māca mūs, cik spēka, izrādīt brāļu mīlestību un mūsu centību arī pret atraidītajiem, gluži kā pats Kungs lūdza par saviem krustā sitējiem. Arī filipiešus Pauls mudina, lai viņi iet palīgā evaņģelija cīnītājam ticībai, kad patiesi tur nav vajadzības pēc cilvēcisgas piepalīdzēšanas, bet lai mācītu, ka Dievs prasa mūsu centību un mēģinājumu sevišķi tajās lietās, kuras attiecas uz darbošanos pestīšanas labad. Šeit tālāk, kurš grib būt priekšā centībā, lai ir priekšā. Tāpat kā par sevi pašu saka, uzlikdams man visu draudžu katrdienīgo aprūpi, 2.Kor.11. Lai mācāmies arī mēs centīgi būt priekšā tiem, pie kuriem Dievs mūs ir aicinājis, lai arī cik nicīgi tas nešķistu cilvēku acīs. Dievs nevērtē darbus un pienākumus, bet ticību un sirds domas. Sentēvu miesīgajās acīs avju ganišana, kā šķiet, bija visnīcināmākais darbs, bet tas ir vairāk Dieva apstiprināts nekā tā visārišķīgākā rakstu mācītāju un farizeju divkosība, bezgalīgie upuri un garās nemitošās lūgšanas. Jo stāv rakstīts: Kungs, tavas acis uzlūko ticību.

Tas nozīmē: Ja pie pagāniem Dievs tik neparasti labvēlīgs bija pret atraidītajiem, cik daudz labvēlīgāks būs pret jūdiem nākamībā, ja viņus būs pieņēmis. Būs viņu pieņemšana gluži kā atgriešana no nāves dzīvībā.

Ar divējādu līdzību, tas ir, maluma, proti, miltu sajauktu ar eļļu, un ar koka līdzību māca patriarhus nākamībā viegli būt pārvēršamus ticībai tēvu dabiskās godbijības dēļ: Lai tikai

⁹⁷ Ἀποστροφή gr. pagrieziens, novēršanās, arī nepatika, uc.

modo succum radice, id est, fidem patrum combiberint, quem si nunquam biberint exarescunt, exciduntur, desinuntque esse rami, id est, eorum posterii, quemadmodum dominus apud Ioan. Vos, inquit, ex patre diabolo estis.

[11:17] Tu vero cum esses

Oleaster sylvestris et sterilis est olea, qua idolatras gentes significat pinguedinis spiritus Christi non participes, et ob id tantum spinas, et tribulos vitiorum germinantes, nec enim arbor mala fructus bonos potest facere.

[11:22] Ecce igitur

Docet apostolus contemplari opera dei quemadmodum non uno in loco propheta, ut Memor fui operum domini, quia memor ero ab initio mirabilium tuorum, et iterum: Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis. psal.142. Et Memor fui iudiciorum tuorum a seculo domine. Psal.118. Econtrario autem. Ve qui surgitis, inquit, mane ad ebrietatem sectandam, et potandum usque ad vesperam, ut vino aestuetis, opus autem domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis. Vaticinium nimis verum temporibus nostris, praesertim apud aulicos proceres, ad quorum tamen amentiam etiam illa mundi lumina, id est, sal infatuatum et insulsum, mire connivent, imo ipsi in primis sunt qui vinea domini abusi a propheta condemnantur, qui non vineae sed sibi consulunt.

[11:25] Non enim volo

Confirmatio est argumenti superioris. Speramus autem propitio deo hoc Pauli vaticinium propediem complendum, cum haud obscura iudicia quotidie cernamus. Nempe resuscitari linguarum donum hactenus consopitum, Energiam suam ostendere evangelium, pene oblitteratum, et maximam populi partem sitibundo spiritu verbum dei amplexari, praeter paucos aspides surdas, id est, scribas et hypocritas, serpentum genimina, quibus frustra vivum dei verbum personat. Quippe qui toti sunt stupidi, et talpis caeciores. Qui dicunt domino, Scientiam viarum tuarum nolumus. Et, Nolumus hunc regnare super nos. Qui filii sunt mendaces, nolentes audire legem dei, qui dicunt videntibus, nolite videre, et aspicientibus, nolite aspicere nobis ea quae recta sunt, loquimini nobis placentia, videte nobis errores, auferte a me viam, declinate a me semitam, cesset a facie nostra

saknes sulu, tas ir, tēvu ticību iedzer, kuru, ja nekad nedzers, nokaltīs, izkritīs, pārstās būt par zariem, tas ir, to pēctečiem, tā kā Kungs saka Jānim: Jūs no velna tēva esat.⁹⁸

Mežēnis olīvkoks nedod eļļu, ar ko apzīmē dievekļu pielūdzējus pagānus kā Kristus gara taukumu nesaturošus un tādēļ audzējošus tikai ērkšķus un netikumu dadžus, nedz jauns koks var dot labus augļus.

Apustulis māca kontemplēt par Dieva darbiem kā pravietis ne vienā vien vietā: Esmu pieminējis Kunga darbus, jo pieminēšu no iesākuma tavus brīnumus, un atkal: Esmu pieminējis senās dienas, esmu meditējis par visiem taviem darbiem, Ps. 142. Esmu pieminējis tavus spriedumus no laiku laikiem, Kungs. Ps. 118. Bet pretēji saka: Vai, jums, kas ceļaties rītā, ar skurbumu cīkstoties un dzerot līdz pat vakaram, ka vīnā jūs kaistat, bet Kunga darbu neuzlūkojat, nedz viņa roku darbu ievērojat. Pravietojums pārlietu paties mūsu laikiem sevišķi pie galma augstmaņiem, uz kuru tomēr neiedomājamo stulbumu arī šis pasaules gaismekļi, tas ir, muļķības un stulbuma sāls savādi blisina acis, patiesi, paši vispirmākie būs tie, kas, Kunga vīna koku nelietīgi lietojuši, tiks pravieša pazudināti, kuri ne vīna kokam palīdzējuši, bet sev.

Augstākā argumenta apstiprinājums. Ceram šo Paula pravietojumu no Dieva labvēlības drīzumā piepildīties, kad ikdienas pavisam skaidrus pierādījumus pamanām. Patiesi, pamanām atmostamies līdz šim snauduļojošo valodu dāvanu, evaņģēliju parādam savu sparū, kas gandrīz jau bija aizmirsts, un lielāko draudžu daļu ar izslāpušu garu Dieva vārdu apkampjam, izņemot kādas indīgas odzes, tas ir, rakstu mācītājus un divkošus, čūsku izdzimumus, kuriem Dieva vārds par velti tiek skandināts. Patiesi, kuri pavisam stulbi un aklāki par kodēm. Kuri saka Kungam, Tava ceļa patiesību mēs negribam. Un vēl: Negribam, ka tas valda pār mums. Viņi ir melji⁹⁹, kas negrib dzirdēt Dieva likumu, kas saka redzošajiem, neredzies, un uzlūkojušiem, neuzlūkojiet ar mums to, kas ir taisns, runājiet mums izpatīkamo, paredziet priekš mums maldus, atņemiet man ceļu, novērsieties no manas takas, lai

⁹⁸ Jāņa 8:44 Jūs esat no sava tēva - velna, un jums gribas piepildīt sava tēva kārības. Viņš no paša sākuma ir bijis slepkava un nestāv patiesībā, jo patiesības nav viņā. Melus runādams, viņš runā pēc savas dabas, jo viņš ir melis un melu tēvs.

⁹⁹ Burtiski, *melu dēli*, pretstats *Dieva dēli*.

sanctus Israël. Super quos ira dei in finem usque pervenit, ut impleant peccata sua semper, et in peccato suo moriantur. Idem iudicium manet caecos mundi principes, qui conveniunt adversum dominum, et adversum Christum eius. Reversionem Iudaeorum ad fidem praedixit et Oseas cap.3. Et Asarias.2. Para.15. Et ante utrunque Moses Deut.4.

[11:26] Adveniet ex Sion

Adduxit hoc testimonium iuxta septuaginta, insuper et de suo addidit, cum abstulero peccata eorum. Quo explicavit vocem a propheta positam διαθήκη, id est, testamentum, quod Hebraeis sonat foedus. Per testamentum ergo iam tum incarnatio et mors filii dei, adeoque et iustificatio nostri sub compendio significabatur, cum deus mori nequeat, et testamentum non nisi testatoris morte confirmetur.

[11:29] Nam dona

Sensus est: Semel donata electione haereditatis suae patribus deus sine dubio eam praestat, iis quos praesciit, nec poenitudo habet locum in eo, etiamsi indigni videantur ii, quibus promissio facta est: Electio enim digna est. Promisit autem haereditatem omnibus posteris Abrahae, quam et praestabit, modo illi reicere desierint.

[11:33] O profunditatem

Exclamatio est ad huius consilii dispensationem pertinens, qua factum est, ut gentes hactenus prophanae, ac suis viis ingredi permissae, subito ad Evangelii gratiam vocatae sint. Iudaei autem, quibus ea fuerat promissio facta, ob perfidiam, ab eadem excidere. In tam incomprehensibilibus dei iudiciis exclamat Apostolus, quod nullam valeat operum dei scrutari rationem, ut ait propheta. Proinde rectius ea adoraverimus, quam scrutati fuimus, dicentes: Iustus es domine, et rectum iudicium tuum.

[11:34] Quis enim cognovit

Loci sunt Sap.9. Esa.40. et 1.Cor.2. capitibus.

Caput XII

[12:1a] Obsecro igitur vos fratres, per miserationes dei, ut praebeatis corpora vestra

Disputationi de peccato, lege, gratia, et electione, locum paraeneticum, adeoque et moralem subiicit, quod nusquam

aiziet no mūsu vaiga svētais Israēls. Pār viņiem Dieva dusmas aiziet līdz pat galam, lai savus grēkus tie pabeigtu līdz galam un savos grēkus arī nomirtu. Tāds pats spriedums paliek akļajiem pasaules valdniekiem, kuri sapulcējas pret Kungu un pret viņa svaidīto. Jūdu pievēršanos ticībai paredzēja arī Hosea, cap. 3. Un Azaria, 2. Para. 15. Un pirms abiem Mozus Deut. 4.

Pieved šo liecinājumu pēc septuagintas, bez tam arī no sevis pievieno, kad grēku paņemšu no viņiem. Ko kopš praviešiem izteica ar vārdu διαθήκη, tas ir, derība vai testaments, kas ebrejiem skanēja kā līgums. Ar testamentu jau tad Dieva dēla iemiesošanās un nāve tika apzīmogota, tāpat kā arī mūsu taisnošana, līdz pat piepildījumam, jo Dievs mirt nevar, bet testaments tiek apstiprināts ne savādāk kā ar testamenta slēdzēja nāvi.

Tas nozīmē: Vienreiz tēviem sava mantojuma izvēli dāvājot, Dievs bez šaubām to dod tiem, kurus ir priekšizredzējis, nedz nožēlai te vieta, ja arī necienīgi šķistu, kuriem apsolījums tika dots: Jo atlase bija cienīga. Apsolīja mantojumu visiem Ābrahāma pēctečiem, ko arī dos, vienīgi viņi to atmest alks.

Izsauciens attiecas uz šī lēmuma izpildīšanu, no kā sekoja, ka pagāni, līdz tam profānajam piederoši, evaņģēlija žēlastībā pēkšņi tika aicināti, kuriem pa savu ceļu atļāva atnākt. Bet jūdi, kuriem tas bija apsolīts, nodevības dēļ pa to pašu ceļu atkrist. Pie tik neaptveramiem Dieva spriedumiem apustulis izsucas, ka neder meklēt Dieva darbā kādu aprēķinu, kā saka pravietis. Tādēļ taisnāk ir to pielūgt nekā pētoši izmeklēt, sakot: Taisns ir Kungs un taisni ir viņa ceļi.

Rakstu vietas Sap.9, Jes. 40 un 1. Kor 2.

Divpadsmitā nodaļa

Strīdam par grēku, likumu, žēlastību, un izredzētību, pievieno parenētiku¹⁰⁰ tāpat kā morāli, ko allaž tāpat dara, bet to dēļ

¹⁰⁰ Παράειναις gr. paziņojums, ieteikums, padoms, lietots ētiskās nozīmēs, morāls ieteikums, etc.

non facit, idque propter carnales qui gratiae praedicationem, et fidei libertatem peccandi putant esse licentiam: cum fides eius naturae sit, ut mortificet peccandi affectum, modo ficta non fuerit, et mortua historiae opinio. Continet autem hic locus Christianorum morum institutionem et quomodo carnem spiritui subiiciamus. Nam vindicatur nec adhuc perfecta est iustificatio nostri, dum caro necatur, spiritus augetur, ac renovatur de die in diem. Notabis etiam quam longe diversa bona, ut aiunt, opera doceat, quam spermologi nostri, qui praeter regulas, rosaria, missas votivas, dulces benedictiones, et aniles orationes, quibus animas ex purgatorio redimant, id est, seipsos inferis devoveant, nihil norunt sonare. Praeterea obsecro ait non impero, mando, aut simile, quo legis, et evangelii discrimen indicat. Lex enim minando praecipit, Evangelium cum mansuetudine allicit. Percutit et Episcoporum tyrannidem qui nihil mansuetum, et Christianum, sed tantum diras, execrationes, anathemata, et fulmina sonare norunt, sed districte sic enim aiunt, mandantes, profundissime oblitus illius. Reges gentium dominantur eorum, et non dominantes adversus clericum.

[12:1b] Viventem

In lege pecudes, iuxta temporis rationem, offerebant, nunc nosipsos deus postulat, pro quibus redimendis occubuit, non ut nosipsos mactemus sed pravos affectus mortificemus, quae ratione praedita est hostia, quam unam a nobis exigit deus, quae vere communionem spiritus eius est sanctificata, adeoque illi gratissima.

[12:2a] Et ne accommodetis vos ad figuram

Saeculi, ac mundi appellatione, in scriptura, accipiendi sunt homines impii, qui vitae suae rationem ita instituunt ut non videantur in coelum aspirare, sed hic patriam habere. Proinde in rebus mundi sapiunt iisque afficiuntur, iudicium carnis tantum sequentes, coelestium, ac spiritualium prorsus ignari. Hinc Christus regnum suum negat esse de hoc mundo. Affectum, et id genus hominum, spiritum huius mundi appellat apostolus. Vult igitur, ut novatis per spiritum dei, verbumque evangelicum, sensibus, alterius simus iudicii atque mundus hic, nempe non iuxta affectus nostros sed dei voluntatem omnia aestimantes, Nam plerumque gratissima deo sunt illa, quae iudicio carnis nostrae videntur molestissima, qualis est affectuum mortificatio. Deinde ut nos nihil adeo afficiat, atque illa, quae fidei sunt, et pietatis, ut

miesīgajiem, kuri žēlastības pasludinājumu un ticības brīvību domā esam grēku vajību: pa kam ticībai ir jābūt tādas dabas, ka nomirdina grēka dzinuli, lai tikai nav izdomāta un mirusi stāsta ideja. Šī vieta satur kristiešu paradumu iedibināšanu un kādā veidā mēs pakļaujam miesu garam. Jo mūsu taisnošana tiek šaustīta un vēl nav pilnīga; kamēr miesu vēl mirdinām, gars pamazām aug un atjaunojas no dienas uz dienu. Ievērosi arī, cik pamatīgi pavisam citus darbus māca Pauls¹⁰¹ nekā mūsu spermologi¹⁰², kuri nemāk nekā cita izskandināt kā regulas, rozārijus, mišu runas¹⁰³, saldus svētījumus un vecišķas lūgšanas, ar kurām no purgatorija grib dvēseles izcelt, tas ir, sevi pašus novēlēt ellei. Bez tam Pauls nesaka pavēlu, pieprasu, bet izlūdzos vai līdzīgi, ar ko likuma un evaņģelija atšķirību norāda. Jo likums ar biedēšanu pavēl, kamēr evaņģēlijs ar laipnību ievilina. Satriec arī bīskapu varu, kuri neko laipnu un kristīgu, bet tikai netīrumus, lamāšanos, lāstus un pērkona grāvienus atskandināt māc, bargi, kā saka, pamācīdami, ko paši pilnībā dziļi aizmirsuši. Pagānu ķēniņi pār viņiem valda, tiem nevaldot pār klēru.

Likumā pēc tā laika paradumiem tika upurēti dzīvnieki, tagad Dievs prasa mums, par kuru izpirkšanu viņš mira, lai nokaujam ne tā kā sevi pašus, bet netiklos dzinulus sevī lai nogalinām, un ar tādu aprēķinu ir iedibināta hostija, kuru vienīgo mūsos vērtē Dievs, kura patiesā gara vienotībā ir svētīta un tādēļ viņam visdārgākā.

Ar sekulāriem vai pasaulīgiem cilvēkiem pēc rakstiem ir jāsaprot bezdievīgie cilvēki, kuri savu dzīvi veido ar tādu aprēķinu, ka nešķiet kā uz debesīm tiecošies, bet dibinoši savu tēviju šeit. Tādēļ pasaules lietās tie gudri un tajās ietekmējas, sekojot tikai miesas spriedumiem, kur pretī debesu un garīgo pilnībā ignorējot. Tam pretī Kristus noliedz savu valstību esam no šīs pasaules. Šādu tieksmi un cilvēku veidu apustulis sauc par šīs pasaules garu. Tādējādi viņš grib, lai ar atjaunotām domām caur Dieva garu un evaņģelija vārdu mēs piederētu citādi spriešanai, un tā tad, patiesi, ne pēc mūsu tieksmēm, bet pēc Dieva gribas gan šo pasauli gan visu tajā vērtētu. Jo daudz kārt dārgāks Dievam ir tas, kas pēc miesas sprieduma šķiet visapgrūtinošākais, kāda ir tieksmju mirdināšana. Tā tad lai mūs nekas tik ļoti nenomoka, un tajās lietās, kas attiecas

¹⁰¹ Pēc 24 tēzēm

¹⁰² Burtiski, sēkliņu uzlasītāji.

¹⁰³ Votīvu mesas, 24 tēzes

primum quaeramus regnum dei, et iustitiam eius: deinde posteriorem curam corpori impendamus, cum mundus econtrario faciat in rebus caducis, supra modum sapiens in his, quae ad deum spectant, truncis est stupidior. Mundi ergo vocabulum in affectibus magis est, quam externis, ut in mundo simus, quam diu nos res mundi afficiant. Similiter intellige de non in mundo esse Ioan xvii.

[12:2b] Voluntas dei

Voluntatem dei nihil nobis exactius ministrat, quam divinae literae adiutorio spiritus revelatae. Quam nisi cognoveris, ac iuxta eam vitae tuae rationem institueris superstitiosus es et impius, etiamsi tibi seraphicus videaris. Sin autem illam secutus fueris. in pietatis studio, deo gratus es, et probaris, etiamsi impius et stultus in oculis carnis videaris. Nihil enim agnoscit deus, nisi quod prodidit, frustra illum colunt quotquot traditionibus hominum serviunt, ut est bona monachorum, et sacrificulorum colluvies, qui si consultum sibi vellent, hunc atque similes locos scrutarentur, quod deus misericordiam vult et non sacrificium, scientiam sui, non orationes longas, regnum internum, non externos praetextus.

[12:2c] Quod bonum est

Haec tria genere neutro legere Augustinum, et similiter Ambrosium annotat Eras. ut non ad voluntatem, quemadmodum visum est veteri interpretaeti, sed ad omnia illa, quae praemissa sunt referantur. Nempe ut nostra ipsorum corpora deo exhibeamus, ut non conformemus nos huic saeculo, sed simus per spiritum novatis animis, probantes quae sit voluntas dei.

[12:3a] Dico enim per gratiam

Quam modeste loquitur apostolus auctoritatis sibi a Christo traditae mentionem faciens, quam non a Christo, sed alio quopiam, ei longe dissimillimo, emptam plenis buccis crepant, et iactant lupi nostri. Ut sit Dico hoc est rogo quidem, et iubeo, sed non citra auctoritatem sed et per gratiam mihi datam. Gratiam autem vocat functionem apostolicam, evangelium inter gentes evulgandi, ut ad Ephe.iii. et aliquot compluribus locis est cernere, Quod eam non emerit, aut seipsum ingesserit, sed gratis per munificentiam divinam ad eam sit vocatus.

[12:3b] Ut modestus sit

Ordo est. Quisque sentiat de se, ut cuique deus partitus est mensuram fidei, ut sit modestus et sobrius. Arrogantiam in primis vult arcendam, ne, qui opibus, aut donis praecellunt, pius caeteris sibi tribuendum putent, Cum dotes, quantumvis

uz ticību un godbijību, vispirms lai meklējam Dieva valstību un tās taisnību: pēc tam pēdējo rūpi lai atstājam miesai, kur pasaule darbojas tieši pretēji, proti, krītošajās lietās, kurās pāri mēram tajās gudra, bet lietās, kas uz Dievu attiecas, muļķāka par baļķi. Tādēļ pasaules vārdam būt vairāk domās nekā ārēji, lai jau mēs esam šajā pasaulē, kamēr mūs pasaules lietas ietekmē. Līdzīgi saproti ne no šīs pasaules esam Jāņa 17.

Dieva gribu mums nekas tiešāk nevada kā atklātā dievišķā burta palīdzošais gars. Ja to neatzīsi un pēc tā savu dzīvi nebūvēsi, māņticīgs un bezdievīgs būsi, ja arī sev serafisks šķitīsi. Bet ja tam sekosi, drošs būsi dievbijības centienos, Dievam dārgs un apstiprināts būsi, ja arī bezdievīgs un stulbs miesas acīs šķitīsi. Jo neko neatzīst Dievs kā vien ko iepriekš iedibina, velti pret to nopūlas, kuri grib kalpot vien cilvēku veidojumiem, kā tā pamatīgā mūku un svētuļu atkritumu čupa, kuri, ja padomu gribētu, šo un līdzīgas vietas pētītu, proti, ka Dievs grib žēlsirdību nevis upuri, savas patiesības atzīšanu nevis garas lūgšanas, iekšējo valstību nevis ārējos aizbildinājumus.

Šos trīs Augustīns uzskatījis lasāmus nekatrā dzimtē, tāpat arī Ambrozijs, kā norāda Erasmus, lai ne uz gribu, kā šķītis bija senajam tulkotājam, bet attiektos uz visu to, kas ir sacīts iepriekš. Proti, lai mēs nododam mūsu pašu miesas Dievam, lai mēs nepiemērotos šim laikam, bet būtu caur garu ar atjaunotu sirdsprātu, apstiprinādami, kas ir Dieva griba.

Cik vienkārši apustulis runā, pieminot viņam no Kristus doto pilnvaru, par kuru ne no Kristus nopirktu, bet kāda pavisam cita, kas viņam tik ļoti nelīdzinās, mūsu vilki pilnām mutēm klaigā un lielās. Lai būtu tā: To es saku, tas ir, patiesi lūdzu, un pavēlu, bet ne bez pilnvaras, bet caur man doto žēlastību. Bet par žēlastību dēvē apustulisko darbību izplatīt pagāniem evaņģēliju, kā to no Efes.3 un arī citām daudzām vietām var ieraudzīt, ko nenopērk vai ar sevi pašu neaizvieto, bet bez nopelna caur dievišķo dāvinājumu lai uz to tiek aicināts.

Kārtība ir: Kas domā par sevi, ka Dievs ir piešķīris viņam ticības mēru, lai ir atturīgs un skaidrs. Vispirms jau grib apspiest augstprātību, lai sevi neiedomātos ticīgāku par citiem, kas ar darbiem vai dāvanām pārspēj citus. Ja dāvanas, lai ar cik lielas

tandem magnae sint, dei sint, quas ille non merito humano, sed sola fide communicat, non ad fastum, aut tyrannidem nostram, sed ut in communem omnium utilitatem eas conferamus, Huic sanctissimae doctrinae, et eis, qui hodie sedes apostolorum occupant, tantum convenit, quantum luci et tenebris, Christo et Belial, iustitiae et iniquitati. Cum aures habeant Reveren. patres, ac domini tam molles, ac delicatas, ut verbis quantumvis magnificis, et splendidis non tamen illis satisfeceris, quin semper splendidiora sitiunt, neque id sane mirum, cum functionem, aut potius tyrannidem suam ab eo emerint, qui frontem blasphemiis plenam habet, et meretricis erubescere nescientis, qui supra omne, quod deus dicitur effert sese. Quid igitur mirum, si eius farinae sint, et apostoli illius, contingatque dignum patellae cooperculum?

[12:4] Quemadmodum

Pulcherrima, et satis apposita similitudine docet quomodo affecti debent esse, erga se mutuo Christiani, qui unum habent caput Christum, suntque omnes alter alterius membra in uno corpore ecclesia, quemadmodum uberius prosequitur ad Corinthios. Nimirum quo pacto affecti sunt membra erga se mutuo in corpore, vel tuo, vel animantis cuiusvis. Oculi quantumvis nobilis pars corporis, non sibi unis sed toti corpori vident, non aspernantes vel infimam corporis partem. Itidem qui dotibus praecellunt, non sibi inde placeant quas consecuti sunt ad sublevanda membra inferiora, quae si spreverint, aut laeserint, totum sanctorum corpus laedunt, ipsum etiam Christum, Quid inquit, Paule me persequeris, adeoque deum ipsum, quemadmodum ait Samueli: Non te inquit, sed me abiecerunt, ne regnem super eos, Qui ergo uni capiti Christo omnes indissolubiliter sumus connexi, id quod corporis ratio dictat, capiti nostro, adeoque membris omnibus praestemus obsequium. Soles enim si vertex tuus impetitur, si manum non potes, saltem tergum obvertere percussori, ut salvum caput obtineas. Offeramus et nos, si domino sic visum fuerit hodie pro gloria capitis nostri momentaneam hanc vitam, quam gloriam Romanus lupo suo nomine obscuravit, se petram, se vicarium Petri, caputque ecclesiae impudentissime mentiens, Bene quidem vicarius, nam vicem absentis obit ille. Futurus erit nobiscum per verbum evangelicum et spiritum suum, usque ad saeculi consummationem ipse Christus, at postquam relicto Evangelio eius, humanas constitutiones sumus complexi, elongavit se ille a nobis, sedetque, evulso ex hominum

būtu, tiktu dotas Dievam, kuras ne pēc cilvēka nopelna, bet tikai ticībā novērtē, kuras ne lielībai vai mūsu varai, bet visu kopējam noderīgumam. Šai vissvētai mācībai un tiem, kuri šodien apustuliskos sēdekļus aizņēmuši, tikai tik ir kopīgs, cik gaismai ar tumsu, Kristum ar Bālu, taisnībai ar netaisnību. Kaut ausis būtu viscienījamākajiem tēviem un kungiem tik glauņiem un smalkiem, ka ar vārdiem cik vien izciliem un spožiem tomēr viņiem neizpatīksi, jo vienmēr aizvien spožāku alks, nedz tas kāds brīnums, ja ne darbību bet drīzāk tirāniju sev saņēmsi no viņa, kura piere ir tik pilna zaimu, ka liks nosarkt muļķa ielenei, kurš visam pāri sevi kā dievu izceļ. Kāds tad brīnums, ka no viņa miltiem cepti ir arī viņa apustuļi, un poda vāķeļa vērts ir pats.

Nunc tandem aperit, quid voluerit diei ac noctis allegoria intelligi, nempe socordiam et innocentem vitam. Observabis autem, quo nam pacto eos, quos capite primo sanctos dixerit, nihilo tamen secius ad pietatis opera cohortetur, ab operibus tenebrarum deterreat, nimirum quod tanquam palmites quotidiana purgatione egeamus, et quod nos semper renovari oporteat, quam diu in hac vita sumus, quae perpetua quaedam militia est. Deinde pietatis opera arma vocat, nimirum quod aliter adversario nostro resistere non possumus, nisi talibus operibus occupati et instructi.

[13:13] Commessionibus

Duplicia noctis opera recenset, quae nos a dextris id est prosperis, et a sinistris, id est, adversis impugnant. Dextra sunt, comessatio et ebrietas, quae duo necessario comitantur cubilia, hoc est, inertiae et somnus ac lasciviae, id est, libidines, quod venter et genitalia, ut ait Hierony: sibi sint vicina, ut ex vicinitate membrorum, cognoscamus vicinitatem viciorum. Et iterum. Nunquam ego ebriosum castum putabo. Proinde illis opponenda sunt arma. Sobrietas, temperantia, ieiunium, vigiliae, castitas etc

Sinistra sunt contentio et aemulatio, hoc est rixae et invidiae et malorum retaliationis. Contra hae oportet nos armatos esse et instructos, suavitate, patientia, mansuetudine. Discimus etiam ex hoc Apostoli loco, quam apposite ferias suas hodie vulgus agat, quod cum ab honestis opificiis et laboribus manuariis vel horrendo illo fulmine cessare mandatur, ad comessiones tamen et ebrietates mire connivent sancti in Christo patres. Imo vulgus computationibus et ingluvie vincunt, inconditis interim

tagad pestīšanas diena. Līdzīgu vietu rāda pats Kungs: Lūkas ev. 3, un 16, un tesaloniķiešiem saka: Brāļi, jūs neesat tumsā.

Ticam arī tagad, un jau ilgi kopš senatnes. Jo tēvi cerēja uz pestīšanu savā laikā, un to tagad caur Kristu redzam piepildāties, un sākas jau mūsos pestīšana, lai mūsu pestīšana un nākamā augšāmcelšanās nāvē piepildītos. Citur saka šo: Pestītus mūs dara caur atdzimšanas mazgāšanu. Un pats Kungs saka: Kas manu vārdu dzird un tic tam, kas to sūta, tam būs mūžīgā dzīve un pāries no nāves dzīvībā. Tādējādi priekš tagadnes¹²¹ cilvēkiem tas ir atbilstošāk pieņemams.

Tagad beidzot atklājas, ko gribēja teikt ar dienas un nakts alegoriju, patiesi, laisku un nekaitīgu dzīvi. Ievēro arī, kādā veidā tos, kurus pirmajā nodaļā sauca par svētiem, citādi tomēr nekādi uz godbijības darbiem nedzen, ja nu no tumsas darbiem atbiedē. Nav brīnums, gluži kā koka zariem mums apgriešana ikdienas nepieciešama, un bez mitas mums jāatjaunojas, lai cik ilgi šajā dzīvē dzīvojam, kas ir kā nebeidzams karadienests. Beidzot godbijības darbus sauc par ieročiem, nav brīnums, ka citādi mēs mūsu pretiniekam nevarēsīm stāties pretī kā vien tādiem darbiem bruņojušies un apmācīti.

Divējādu nakts darbus aplūko, kuri mums uzbrūk no divām pusēm, tas ir, no labās puses, no labklājībā dzīvojošajiem, un no kreisās, tas ir, no grūtdieniem. Labējie ir tie, kas ar pieēšanos un plītēšanu, kur šīs vajadzības notiek viņu midzeņos, laiskumā un miegā un baudkāvē, tas ir, mieskāvē, vēdera un dzimumtieksmēs, kā saka Hieronims: sev pašiem vistuvākie, un no šīs tuvības atpazīstam tieksmi uz netikumu. Un atkal. Nekad es piedzērušu neuzskatīšu par tīru. Tādēļ tādiem jāliek pretī ieroči. Atturība, paškontrolē, gavēšana, modrība, šķīstība etc. Tiem no kreisās puses ir cīņas un sāncensība, tas ir, ķildas un skaudība un ar ļaunu pret ļaunu atreibības. Pret šo mums jābūt apbruņotiem un apmācītiem mīļīgumā, pacietībā, maigumā. No šīs Apustuļa vietas mācāmies arī, cik atbilstoši svētkus šodien atzīmē tauta, kad no godīgās amatniecības un smagā roku darba, no kā no šausmām ir ļauti būt brīvi, uz viņu pieēšanos un dzeršanu brīnums kā aizver acis Kristū svētie tēvi. Tad nu tauta arī izceļas ar plītēšanu un pierīšanas, pa tam nepiedienīgi bļautoties un aurojot, pa lāgam zvanu skaņām skanot,

¹²¹ Praesentius vietā prasītos praesentibus

clamoribus. campanarum boatibus, vestium splendore, in hypocrisi pulcherrime indoctos ludentes.

krāšņās drānās, divkosībā bezkaunīgi ņirgājoties par vienkāršākiem ļaudīm.

[13:14a] Induamini Iesum Christi

Christum omnes in baptismo induimus quemadmodum ait Galatis, quotquot in Christo baptisati estis, Christum induistis. Sciendum igitur, quod Christum in baptismo induere, est eum adeoque et omnia illius, vitam, mortem, iustitiam, benedictionem, et quicquid est ille per fidem pro coelesti donario et haereditaria iustitia acceptare quod indumentum vestit et exornat adeoque et pacificat afflictam conscientiam, ut iustificatos ex fide nos cognoscentes, pacem habeamus erga deum. Nobis omnibus datus est filius dei, quemadmodum iam olim cum Abraham patre nostro pactus est testamentum suum, Ego inquiens sum protector tuus, et merces tua magna nimis et Zacharias, lusiurandum quod iuravit ad Abraam patrem nostrum, daturum se nobis Et Ro. Quomodo non omnia cum illo nobis donavit? deinde eum quotidie in mortificatione veteris hominis induimus, dum in vitae innocentia eum, quam fieri potest propius experimur, quemadmodum apostolus docet Ephe. Deponite etc. Et Col.1. Induite vos, Posteriores induendi Christi modum omnes tradiderunt, at is sine priore ad salutem inefficax est, quod ex Iesu id est servatore, Mosen, id est legislatorem tantum faciat. Prior autem spiritu per fidem concepto, cor innovat, legemque dei nobis in viscera scribit, ut voluntas nostra incipiat esse in lege domini, ac postea in charitatis opera ceu vitis foecunda, erumpamus.

Kristu mēs visi kristībā apvelkam, tā kā saka galatiešiem, tiekams jūs Kristū kristīti, Kristu jūs apvelkat. Ir jāzina, ka Kristu kristībā apvilkt nozīmē viņu, kā arī visu, kas ir viņa, dzīvību, nāvi, taisnību, svētību, un visu, kas viņš ir, caur ticību kā debesu dāvanu un mantojamu taisnību, pieņemt. Šis ietērsps apģērbj un izdaiļo kā arī nomierina satriekto sirdsapziņu, lai kā ticībā taisnoti atpazīti mēs turētu mieru pret Dieva. Mums visiem ir dots Dieva dēls, tāpat kā jau kādreiz ar mūsu tēvu Ābrahāmu ir slēgta derība, sakot: Es esmu tavs aizstāvis, un tava alga pārlietu liela,¹²² un Cakarija: Ar zvērestu zvērot mūsu tēvam Ābrahāmam, ka dos mums,¹²³ Un romiešiem: Kā tad ar to mums nedāvinās visas lietas?¹²⁴ Tāpēc ik dienas viņu vecā cilvēka mirdināšanai apvelkam, kamēr nevainīgā dzīvē viņu, cik iespējams, tuvāk piedzīvojam, tāpat kā apustulis māca efesiešiem: Nolieciet, etc. Un kolosiešiem 1: apvelciet jūs,¹²⁵. Vēlāku Kristus apvilšanas veidu visi vēstīja, un tas bez tā pirmā pestīšanas ir nedarbīgs, jo no Jēzus, tas ir, glābēja, tikai Mozu, tas ir, likumdevēju iztaisītu. Bet pirmais ticības garu ieņemot, sirdi atjauno un Dieva likumu mūsos mīlestībā ieraksta, lai mūsu griba sāktu būt Kunga likumā, un vēlāk mīlestības darbos tā kā vīna koka auglīgumā izplūstu.

[13:14b] Iuxta concupiscen

Vetat hic nimium carnis educandae lasciviam, quemadmodum et alibi immodicam eius castigationem, Proinde curanda est victu et amictu caro, ut vivere et operari possit, ne nimia castigatione obruta, deficiat, et ad opera langueat, At non ita lasciviat, sed ut affectus eius brevi praemantur, Sicut ait Apostolus, Castigo corpus meum, et servituti ait non aegritudini subiitio etc. Proinde modum hic,

Šeit aizliedz pārlietu gaļas ēšanas kārtību, tāpat kā arī citur nesamērīgu miesas sodīšanu. Tādējādi jārupējas, lai miesa būtu uzturēta pie dzīvības un apsepta, lai varētu dzīvot un strādāt, lai pārlietu sodīšanā sagrauta nekļūtu nespējīga un uz darbiem slinka. Tomēr, lai tā arī nesadumpotos, bet lai tās dzinulji tiktu stingri valdīti. Tā saka Apustulis: Sodu savu ķermenī, un tālāk saka: ne slimībai, bet kalpošanai pakļauju

¹²² 1. Mozus 15:1 Pēc šiem notikumiem Tas Kungs runāja uz Ābrāmu, viņam parādīdamies un sacīdams: "Nebīsties, Ābrām, Es esmu tavs vairogs, un tava alga ir ļoti liela."

¹²³ Lūk. 1:73-74 un dot mums stipro solījumu, ko Viņš zvērējis mūsu tēvam Ābrahāmam, ka mēs no savu ienaidnieku rokām pestīti, Viņam bezbailīgi kalpotu.

¹²⁴ Rom. 8:32 Viņš jau Savu paša Dēlu nav saudzējis, bet To par mums visiem nodevis nāvē. Kā tad Viņš līdz ar To mums nedāvinās visas lietas?

¹²⁵ Kol. 3:12 Tad nu kā Dieva izredzētie, svētie un mīļotie, tērpies sirsnīgā līdzjūtībā, laipnībā, pazemībā, lēnībā, pacietībā

sicut in omnibus observabis quem spiritus fidei docebit, ignorat autem iustitia carnis etc.

etc. Tādēļ lai tu ievērotu mēru šeit tāpat kā visās lietās, ko gars ticībai mācīs, bet taisnība nepazīst miesas, etc.

Caput XIV

Hoc caput agit de mediis id est, quae sive observes nihil deo gratum feceris, sive minus, non peccaveris, qualia sunt vesci quibuslibet, aut non vesci, discernere inter dies et non discernere. Itemque omnia externa quorum omnium optima regula est fides et charitas, ut illa interdum servemus, non quod ad iusticiam faciant, sed ne supersticiosulos offendamus, et linum fumigans non extinguamus, quemadmodum Paulus factus est Iudaeus Iudaeus, dum calvitium induxit apud Evangelicae libertatis ignaros, ut illos Christo lucrificeret, et Timotheum circumcidit. Qui urgentibus etiam Iudaeis, Titum noluit circumcidi, quod ibi cerneret fidei periculum imminere. Duo autem hominum genera reprehendit. Primum eos, qui se non attemperant infirmis. Deinde iudicantes supersticiose de aliena libertate.

[14:2a] Infirmus est

Apostolus escaurum delectum non ad carnis castigationem, sed ad sanctimoniam augendam factum, infirmitati fidei tribuit. Proinde qui suis ineptis tradiciunculis quibuslibet vescendum esse prohibuerunt quique id tanquam deo gratum voverunt, fidem non habere, sed hypocritas esse, et daemonum impostura seductos consequitur, quemadmodum ait 1.Timo.iii. Vide igitur quid suis stultis decretis pontifices sanxerint, nempe ut ex re media rixas, contentiones, suspiciones, et execrationes ceterasque Christianae charitatis pestes elicerent. Nam carnibus diebus certis vesci facinus plus est quam haereticum contra Evangelicam et apostolicam doctrinam offendiculum tamen semper cavendum memineris, ne rem per se mediam malum comitetur. alioqui qui vescendo et non vescendo conscientiam onerant Christum impiissime mendacem facere conantur dicentem Nihil in os introiens coinquinare Nec est quod haec de Iudaeis dicta torqueamus cum illi ex dei praecepto abstinerint certis ciborum generibus Paulus autem ex doctrina daemoniorum id futurum dici.

[14:2b] Holeribus vescitur

Četrpadsmitā nodaļa

Šī nodaļa runā par nenozīmīgām lietām, kuras, vai nu tu ievērosi, Dievam neko dārgu nedarīsi, vai ja ne gluži ievērosi, negrēkosi, kādas ir lietas ko ēst vai neēt, atšķirt dienu no dienas vai neatšķirt. Bez tam visu šādu lietu kopējais ārējais regulējums ir ticība un mīlestība, ka pa laikam, ja tās mēs ievērojam, ne tā ka tās dotu ko taisnošanai, bet lai tos, kas grib izlikties pārlieku ticīgi, neapvainotu, zāļu kvēpekli neizdzēsīsim, tāpat kā Pauls, kas no jūdiem kā bijis tā palika jūds, kad 'ko ēst ko neēt'¹²⁶ ievēd pie tiem, kas nepārzina evaņģeliskās brīvības, lai tos Kristum iegūtu, tāpat kad arī Timoteju apgraizīja. Viņš negribēja Timoteju likt apgraizītu, no kā atrunāja arī jūdi, jo viņi tur saskatīja draudus ticībai. Tā viņš divi veida cilvēkus aplūko. Vispirms tie, kas neuzbrūk ar pārmetumiem vājākajiem. Beidzot tie, kuri pārlieku māņticīgi notiesā citu brīvības.

Turēšanos pie ēdienu izvēles apustulis piešķir ticības vājumam, kam nevajadzētu kalpot miesas sodīšanai, bet šķīstuma audzēšanai. Tādēļ tie, kas pēc savām muļķīgajām tradīcijām ko citiem ēst aizlieguši, un to kā Dievam dārgumu veltījuši, paši ir bez ticības un ir divkosīgi, un seko dēmonu apsēstiem, kā to saka 1.Tim.3. Tad nu redzi, ko ar saviem stulbajiem dekrētiem pāvesti ir sankcionējuši, patiesi, lai no nesvarīgas lietas izsauktu ķildas, sāncensību, aizdomas, lamāšanos, un citas kristīgās mīlestības necienīgas lietas. Jo gavēņa zināmās dienās ēst ir lielāks noziegums nekā herēze pret evaņģelisko un apustulisko mācību, kas tomēr ir nodarījums, no kā tu lai atcerētos vienmēr sargāties, lai ar pašu par sevi nenozīmīgu lietu nenodarītu ļaunumu. Jebkurā gadījumā, kurš ar ēšanu vai neēšanu apgrūtina sirdsapziņu, bezkaunīgi mēģina par meli pataisīt Kristu, kurš saka: Ne tas, kas mutē ieiet, dara nešķīstu. Nedz arī, ka to izšķobām no jūdu mācītā, kad tie pēc Dieva dotās bauslības no zināmiem ēdienu veidiem atturējās, bet paredzēja Pauls, ka tas tiks mācīts no dēmonu mācības.

¹²⁶ Calvitium *nozīmē arī* plikpaurība, *bet šeit iespējams domāts „aizliegums/izvēle augu ēšanā”*

Observabis hic ut suo iudicio paulisper relinquendi sint superstitiosuli, ne dum gravius aut offenduntur aut arguuntur, deteriores fiant, usque dum paulatim crebra monitione magis quam ista commestionis libertate, fide aucescant. Verum interim superstitiosulis consultum velim qui sibi ex errore iustitiam et bonum opus somniant et fide robustiores interim prae se condemnant, contra apostolicam et Evangelicam doctrinam quae vetat de mediis iudicandis et condemnandis, nisi nostro iudicio condemnari non timeamus. Quamvis autem hic apostolus, de superstitione escarum loquatur, quae ex Iudaeis orta erat, qui certos cibos mundos, certos immundos et communes habebant, tamen non minus apte hodie haec ad nos pertinent qui plus quam Iudaice per stultas pontificum somniculosorum tradiciunculas sumus irretiti, quos libertatem vocavit Christus.

[14:4] Tu quis es

Agit nunc apostolus contra superstitiosulos, qui fide robustos temerario iudicio condemnabant, quorum robur illis potius fuisset imitandum, quemadmodum sub finem cap. eos monet, qui sua firmitate abutentes, infirmis scandalo esse non timebant, quod tantopere cavendum voluit dominus.

[14:5] Unicuique

Sensus est. Quisque de conscientia sua certus sit, ne cum illa fluctuare coeperit contra eam agat, hoc etenim faciens peccat etiam in re, quae per se peccatum non est, quia quicquid non est ex fide etc.

[14:6a] Qui curat diem

Iudaeis certi dies prophani, certi sancti habebantur, Christianis autem quilibet dies sanctus est, dum sanctificatur, et sanctis et honestis studiis, laboribus, et meditationibus, transfiguratur. Iam cum deus opera non iuxta magnitudinem et pluralitatem, sed iuxta fidem metiatur, ut ille ei probetur non qui plura et maiora fecerit, sed qui maiori fide et charitate, qui iam firmus est fide, omni certitudine certior est se faventem habere deum in omnibus, propitium in bonis, ignoscentem in malis, non potest non ferias agere et bona operari, non tantum orando, legendo, scribendo, meditando, verbum audiendo, eleemosynis vacando, sed et comedendo, bibendo, dormiendo, deambulando, et omnia humanae necessitatis opera faciendo. Semper enim benefacit qui credit, quique ipse per eam fidem bonus ita factus est, scitque in omnibus se deum faventem habere. Hinc dominus. Maneo, inquit, in dilectione patris mei quia quae placita sunt ei facio semper, Manducans interim, bibens, dormiens, ac omnia humanae fragilitatis munia obiens. Ad eundem modum, tota

levērosi šeit, ka savā spriešanā uz laiku ir atstājami māņticīgie, lai smagi aprāti vai atturēti nekļūtu vājāki, līdz pat kad pamazām bieži mudināti šajā ēšanas vaļībā, vairāk un vairāk ticībā pieaugtu. Bet tai pašā laikā māņticīgos es gribētu brīdināt, kuri taisnību un labu darbu savos maldos sapņainībā sajauc, un ticībā stiprākus pa laikam pie sevis notiesā, to darām pret apustulisko un evaņģēlisko mācību, kura atklāti aizliedz šeit tiesāt un apsūdzēt, ja vien nebaidāmies mūsu tiesāšanas dēļ tikt notiesāti. Lai arī apustulis runā šeit par ēšanas māņticību, kas ir cēlusies no jūdiem, kuri uzskata vienus ēdienus tīrus, citus netīrus un nešķīstus, tomēr ne mazāk tas attiecas uz mums, kuri vairāk nekā jūdi tiekam noķerti tīklā dēļ muļķīgām pāvestu sapņaini mīklainām tradīcijām, kur Kristus norādījis uz brīvību.

Tagad apustulis uzstājas pret māņticīgajiem, kuri ticībā stiprākos ar laicīgu spriedumu notiesā, kuru stiprumam viņiem labāk būtu bijis sekot, tā kā nodaļas beigām viņus brīdina, kuri nebaidījās, savā nepiekāpībā ietiepjoties, vājajiem būt par piedauzību, no kā tik ļoti izsargāties gribēja Kungs.

Tas nozīmē: Ikviens, kurš drošs par savu apziņu, lai nedara neko, kas sašūpojas pret to, jo to darot, grēkotu lietā, kura pati par sevi nav grēks, jo kas vien nav no ticības etc.

Jūdiem zināmas dienas bija profānas, zināmas svētas, bet kristieši jebkuru dienu par svētu tur, kamēr tā tiek svētīta un ar svētiem un godīgiem darbiem, pūliņiem un meditācijām tiek pavadīta. Kad arī Dievs darbus ne pēc lieluma vai daudzuma mēra, bet pēc ticības, lai ne tas viņam tiktu novērtēts, kas vairāk vai lielāku ko darītu, bet kas lielākā ticībā un mīlestībā, kas jau stiprs ticībā, drošāks par jebkuru drošību visās lietās Dieva atbalstu baudošs, kas tam ir labvēlīgs pie krietnajiem darbiem, nevērīgs pret ļaunajiem. Tāds nespēj svētkus nesvinēt un labus darbus nedarīt ne tikai lūdzot, lasot, rakstot, meditējot, klausoties vārdu, labdarības darbiem nodoties, bet arī ēšanā, dzeršanā, gulēšanā, apkārtstaigāšanā un visas cilvēcīgās vajadzības veicot. Jo vienmēr labu dara, kurš tic, ka caur šo ticību krietns top, un zina Dievu esam labvēlīgu visās lietās. Tā Dievs saka: Palikšu mana tēva mīlestībā, jo kas patīkas viņam, daru vienmēr. Pa laikam ēsdams, dzerdams, gulēdams, kā arī visus trauslos cilvēcīgos pienākumus pildot. Tādā pašā veidā visa visu

Christianorum omnium vita, placet deo, quippe qui cohaeredes Christi, adeoque et fratres eius sint Hinc propheta In omni opere crede ex fide animae tuae. Haec est enim observatio mandatorum dei Et idem. Vade comede in laetitia panem tuum et bibe bono corde vinum tuum quia placent deo opera tua q. d. Esto semper alacri animo sciens omni certitudine certius, quod quicquid feceris tale est coram deo qualia dilecti filii opera coram patre luxta illud. Parcā eis etc. Proinde nihil est quod dstringamur, quibus rebus nos feriatis diebus deditos esse oporteat. Dies nobis serviunt, nec econtrario. Sicut dominus ait Sabbatum factum est propter hominem, non homo propter sabbatum. Itaque dominus est filius hominis etiam sabbati Et Paulus Nemo vos iudicet in esca et potu etc. Instituti sunt a patribus dies festi quo plebs studiosius ad audiendum verbum domini conveniret, nunc cum tantum comessationibus et ebrietatibus transigantur et opera manuarum tantum intermittantur, satius esset pauciores esse dies feriatos cum econtrario quibuslibet ex causis ferias nunc feriis accumulamus.

[14:6b] Qui vescitur

Sensus est, Christus dominatur tum edentium tum non edentium, ergo illi soli relinquendum est iudicium, cui omnes sumus curae sive vivi sive defuncti Nam ille vivorum dominus est et dormientium.

[14:7] Sibi ipsis

Sicut empticii iuris sui non sunt sed heri. ita et Christiani, in eius sumus manu qui seipsum pro nobis servandis impendit quemadmodum ait Petrus. Scientes iniqui quod non corruptibilibus auro et argento redempti estis etc. Et empticii estis precio, nolite fieri servi hominum. Stulte ergo agunt qui novis votis et traditionibus se mancipant, Tum quod in libertatem vocati sunt se deinceps traditionibus serviant ex necessitate. Deinde quod in redemptoris sunt manu et non sui ipsorum iuris.

[14:10] Statuemur

Deterret iuditio divino a temeritate iudiciorum nostrorum presertim in rebus leviculis et mediis, Simile 2. Cor. v.

[14:14] Nihil esse commune

¹²⁷ Manuarum beneficia sunt, quae presentibus pro victu confertur an vestitu... Juris Analecta In tit. Deuerborum significacione, libro V. Decretal. Grego

¹²⁸ Votus = mūka solījums

¹²⁹ *Sui iuris non esse = sevis tiesību nebūt*, t.i., kā vergam, kam nav savu tiesību, kas pieder citam.

kristiešu dzīve patīkama Dievam, kad, protams, tie ar Kristu ir saskaņīgi gluži kā viņa brāļi. Tāpēc pravietis saka: Katrā darbā tici saskaņā ar tavas dvēseles ticību. Tā ir Dieva baušļu ievērošana. Un vēl: Ej, ēd priecīgi savu maizi un dzer no sirds savu vīnu, jo Dievam patīk tavi darbi. Esi vienmēr ar alkatīgu sirdsprātu, zinādams drošāk par drošu, ka, ko vien darīsi, būs Dieva priekšā tā kā mīļotā dēla darbi tēva priekšā. Būšu saudzīgs pret tiem. Tādēļ svētku dienās mums nenāktos saspringt, ar ko tajās nodarboties. Dienas mums pakalpo, ne otrādi. Tā kā Kungs saka: Sabats ir dēļ cilvēkiem, ne cilvēks dēļ sabata. Un tā Kungs ir cilvēka dēls arī sabatā. Un Pauls: Neviens jūs lai netiesā par ēdienu vai dzērienu, etc. Svētku dienas ir iedibinātas no tēviem, lai tauta centīgāk uz Dieva vārdu pulcētos, bet tagad, kad labdarības pasākumi¹²⁷ tikai ar pārēšanās un piedzēšanās nobeidzas un tiek norauti, pietiekamāk būtu mazāk svētku dienu, kad tagad tieši otrādi, jebkura iemesla dēļ svētku dienas tiek ieviestas.

Tas nozīmē: Kristus pārvalda gan ēdējus, gan neēdējus, tādējādi viņam vienam ir atstājama iztiesāšana, kura aprūpē esam visi vai dzīvie vai mirušie. Jo viņš ir dzīvo Kungs un arī aizmigušo.

Tāpat kā pirkšanas un pārdošanas tiesības nav sevis, bet īpašnieka, tā arī kristieši nonākam tā rokās, kas sevi pašu par mums kalpojot ir nodevis, kā saka Pēteris: Ziniet, ka neesam atpirkti par zeltu vai sudrabu, kas maitājas etc. Jūs esat par ko dārgi samaksāts, netopiet par vergiem cilvēkiem. Tādēļ stulbi rīkojas, kas sevi atdod verdzībā jauniem solījumiem¹²⁸ un tradīcijām. Tad, kad brīvībā ir aicināti, sevi vēlreiz atdod vergot tradīcijām. Beidzot, ka ir izpircēja rokā un nepieder¹²⁹ sev pašiem.

Ar dievišķo tiesu atbiedē no mūsu īslaicīgās tiesas sevišķi attiecībā uz mazām un nesvarīgākām lietām. Līdzīgi 2. Kor. 5.

Communes cibos appellabant Iudaei impuros, quibus vesci non licebat, Christianis quoniam cohaeredes sunt Christi cuius est terra et plenitudo eius, nihil est impurum, sed omnia pura puris. Hinc dominus ad Petrum, Quod deus purificavit tu commune ne dixeris.

[14:15] Secundum charitatem

Hoc enim faciens pluris cibum facis quam fratris salutem. Non enim licet hic ergo uti iure tuo, si periculum fratris agitur. Quia charitas non querit quae sua sunt sed quae aliorum.

[14:16] Ne vestrum igitur bonum

Sensus est. Ne committatis ut gentes iudicent vos de rebus levibus disceptantes, aut ut ob vestram libertatem pereant infirmi.

[14:17] Iustitia

Haec sunt spiritus sancti in cordibus credentium opera quem ipsi intrinsecus sentiunt, perhibentis illis testimonium quod sint filii dei et cohaeredes Christi, iuxta illud Esaiae Hoc foedus meum cum eis dicit dominus, spiritus meus qui est in te, Et verba mea quae posui in ore tuo, non recedent de ore tuo neque de ore seminis tui usque in sempiternum. Hinc et supra iam dictum est. Si quis spiritum Christi et c. Gaudium autem ait in spiritu sancto, ne ut solitum est fieri degeneremus in levitatem, Et in effusam quidvis dicendi et faciendi licentiam, illud enim gaudium mundi est et carnis.

[14:20] Offendiculum

Sic alibi si esca scandalizat fratrem tuum etc.

[14:23] Porro quicquid non ex fide peccatum est

Haec sententia est generalis de omnibus operibus sine fide factis. Proinde cave hic a glossulis ficticiis, Nam quicquid non credimus placare deo, freti non merito nostro sed bonitate et misericordia eius per Christum, illud peccatum est. Fiducia enim in dei misericordiam, cor primum pacificat. Alioqui quoad non credimus, non est in corde nostro sensus misericordie, Ubi autem is non est, ibi aut contemptus est aut odium. Quare quicquid citra fidem agitur peccatum est. sic enim cogitamus Ego quidem quod potui feci, sed nescio an probet opera mea deus an improbet. Ea cogitatione qui fieri

Par nešķīstiem ēdieniem jūdi sauc netīros, kurus ēst nedrīkstēja. Tāpēc kristiešiem, kas ir līdzmantineki Kristum, kuram pieder visa zeme un viss, kas to piepilda, nekā nav netīra, bet viss ir tīrāks par tīru. Tādēļ Kungs uz Pēteri, ko Dievs ir svētījis par nešķīstu nenosauc.

To darīdams tu vairāk 'putru vārīsi'¹³⁰ kā brāļa glābšanu. Jo nedrīkst šeit tagad turēties pie tavām tiesībām, ja brālim tas par apdraudējumu. Jo mīlestība nemeklē labumu sev, bet citam.

Tas nozīmē: Nepieļaujiet, ka pagāni jūs iztiesā, kad strīdaties par sīkām lietām, nedz arī, ka no jūsu vaļības iet pazušānā vājākie.

Tie ir svētā gara darbi ticīgo sirdīs, ko tie iekšēji sajūt, tādā veidā liecinot viņiem, ka ir Dieva dēli un Kristus līdzmantineki, saskaņā ar Jesajas: Šis ir mans līgums ar viņiem, saka Kungs, mans gars, kas ir tevī, Un mani vārdi, ko esmu licis tavā mutē, neatgriezīsies no tavas mutes, nedz no tava pēcnācēja mutes līdz pat mūžībai.¹³¹ Šeit un augstāk jau tika sacīts. Ja kādam ir Kristus gars, etc. Bet viņš runā par prieku svētajā garā, nevis kā mēdzam iegūt to pavieglā veidā, runāšanas un darišanas vaļības izplūdumā, jo tāds ir pasaulīgais un miesas prieks.

Tā citur, ja ēdiens ir piedauzība tavam brālim¹³² etc.

Šeit runa par visiem iespējamiem darbiem, kas bez ticības darīti. Tamdēļ sargies no melīgām mācībām. Jo tas ir grēks, kad vien nenoticam izpatikt Dievam, kas liek uzticēties ne savam nopelnam, bet viņa labumam caur Kristu un viņa žēlastību. Paļāvībā uz Dieva žēlsirdību sirds vispirms tiek nomierināta. Citādi kamēr neticam, nav mūsu sirdī žēlsirdības sajūta, bet kur tās nav, tur ir nicināšana un naidis. Tādēļ, ko vien bez ticības darām, ir grēks. Jo tā mēs domājam: Ko gribu to es daru, bet nezinu vai manus darbus Dievs apstiprinās vai noraidīs. Vai ar šo domu, kas mūsos var rasties, mēs

¹³⁰ *pluris cibum facis= tu vairāk nodarbosies ar ēdiena gatavošanas lietām*

¹³¹ Jes 59:21 "Šī ir Mana derība ar tiem," saka Tas Kungs, "Mans Gars, kas tevī māj, un Mani vārdi, ko Es liku tavā mutē, nezudīs no tavas mutes un no tavu bērnu un bērnu bērnu mutes no šī laika mūžīgi!" saka Tas Kungs.

¹³² 1. Kor 8:13 Tādēļ, ja ēdiens ir manam brālim par apgrēcību, tad es nemūžam gaļu neēdīšu, lai savu brāli neapgrēcinātu.

potest ne irascamur intus dei iudicio? Proinde conscientia sanae fidei est, promissioni divinae, qua credimus bonitate eius freti nostra illi placere, inconcussa fide adhaerere, sicut et Christus quae placita erant patri faciebat semper. Contra quam fidem, Qui non credit sua deo placere aut dubitat an placeant, Illi peccatum est etiam res per se non mala, quemadmodum econtrario credenti omnia coadiumento sunt in bonum.

Caput XV

Erant Romani Christum professi ex duobus populis commixti Iudaeis scilicet et gentibus. Iudaei ex legis praescripto et inolitae consuetudinis usu non poterant vesci quibuslibet citra offendiculum conscientiae, nec tam subito mutare et omittere legis caeremonias quamvis iam antiquatas hos tolerandos docet a fide robustioribus, donec et ipsi assurgant in virum perfectum. Id quod et hodie summopere cavere oportet cum per legis pontificias pluribus caeremoniis gravati simus quam esse possunt ulli Iudaei. Infirmi etiam sunt morosi, difficiles, amarulenti, procaces ac quovis vitio incomodi, quos deus in populo suo tolerat, ut habeant piii suae charitatis materiam exercitando, hi tanquam peri aetate maturis sunt tolerandi, nisi infirmitatem nostram et ipsi impacientia prodere volumus. Similiter ad Galatas. Fratres etc. Item alter alterius onera id est mores difficiles portate. Non enim oportet placere nobis de fratris infirmitate, sicut phariseus de publicani ac caeterorum mortalium sibi placuit. Sed opus suum quisque probet, et tunc in semetipso gloriationem et non in altero.

[15:3] Etenim Christus

Ut nos a pestilentissimo Φυλαντίας vitio expediat, non cuiusvis, sed ipsius nobis Christi exemplum proponit. Nam Φυλάτι dicuntur, qui sibi plurimum tribuunt, de se suisque sublimia sentiunt. suisque tandem compendiis serviunt, a quibus omnibus Christus longissime abfuit, qui sese totum nobis impendit, quod eius exemplo nos facere vult apostolus argumento a maiori ad minus sumpto. Non enim opprobravit nobis peccata nostra, nec gloriatus est de sua perfectione, forma dei ac caeteris quae vere in se habuit, sed demisit suam celsitudinem ad infirmitatem nostram, quemadmodum gallina pullis, ut nos ad se imitandum provocaret. Imo peccata nostra expianda in se recepit tantum abest ut peccatores

nesaniknosimies iekšēji pret Dieva spriedumu? Tādēļ tīras ticības un dievišķā apsoliņuma apziņa ir tas, ar ko ticam viņa labuma paļāvībā, ka tā mēs viņam patīkam, ar nešaubīgu ticību pieķeroties, kā arī Kristus vienmēr darīja to, kas patīkams bija tēvam. Pret šādu ticību, kuri savā rīcībā netic, vai Dievam patīk, vai šaubās, vai izpatīks, tam grēks būs arī lieta pati par sevi ne slikta, kam pretī ticīgajam visas lietas kā līdzatbalsts ir uz labu.

Piecpadsmitā nodaļa

Kristu pasludinošie romieši bija divu tautu sajaukums, proti, jūdu un pagānu. Jūdi likuma priekšraksta un ieaugušā paraduma dēļ nevarēja ēst jebko bez nodarījuma sirdsapziņai, nedz tik pēkšņi mainīt vai atcelt likuma pildīšanu, lai arī jau no senatnes ticībā stiprākie viņus mācījuši būt iecietīgus, līdz kamēr arī paši ceļas par vīru pilnīgu. Tāpat kā arī šodien visnotaļ vajag uzmanīties, kad pontifikālo likumu dēļ esam daudz vairāk prasību apgrūtināti, nekā varēja būt tie jūdi. Vājie ir arī vēl niķīgi, grūti panesami, rūgumpodi, bezkaunīgi un kādu vēl netikumumu pilni, kurus Dievs savā tautā pacieš, lai dievbijīgajiem būtu pie kā savu mīlestību darbināt, ja vien savu vājību nepacietībā negribēsīm rādīt arī paši. Līdzīgi kā galatiešiem, Brāļi, etc. Tāpat citam cita nastas, tas ir, grūtos paradumus jānes. Jo nevajag sevī iepriecināties par brāļa vājumu, kā iepriecinājās farizejs attiecībā uz muitnieku vai citiem mirstīgajiem. Bet katrs sevī savu lai pārbauda, un tad sevī bet ne citā lai dižojas.

Lai mūs no visnegantākā Φυλαντίας (Patmīļa) netikuma atbrīvo nekas cits, kā pašā Kristus mums dotais piemērs. Jo par Φυλάτι (patmīļiem) sauc tos, kas visu piešķir sev, augstās domās par sevi un savējiem, tikai savam ieguvumam kalpo, no kuriem Kristus ir attālinājies vistālāk, kas sevi mums visu nodevis. Ar Kristus piemēru apustulis grib mums rādīt, argumentējot no lielākā uz mazāko. Jo viņš nepārmeta mums mūsu grēkus, nedz dižojās ar savu pilnību Dieva veidolā vai visā citā, kas patiesi bija viņā, bet atmata savu augstumu pretī mūsu vājumam, gluži tā kā vista cālīšiem, lai mūs izaicinātu sev sekot. Patiesi mūsu izpērkamos grēkus sevī uzņēma, bet

fastidierit. quod si et ipsi fecerimus nullum peccatorem aspernabimur, sed omnes dulciter tolerabimus.

[15:4a] Nam quecunque

Occupatio est contra dicentem, haec non de nobis sed de Christo esse scripta, quam diluit dicens, omnia nostri erudiendi, non Christi nihil non presentis scripta esse. Si autem scriptura est doctrina nostra quid eam in humanis lacunis quaerimus, quam ex fontibus haurire oportet?

[15:4b] Per patientiam

Universa scriptura crucem id est carnis mortificationem docet. Proinde ne deficiamus sed propugnatores deo freti, semper fortiores evadamus, crebra consolatione opus est, quam nihil efficacius ministrat quam illa ipsa quae patientiam cohortatur.

[15:5a] Deus autem

De nostris conatibus putaremus parare nobis posse patientiam, subiungit, cuius ea donum sit, nempe dei, Et quod precatione sit ab eo impetranda sua oratione commonstrat, ut sit sententia. Docet quidem scriptura patientiam, at sola dei gratia eam confert.

[15:5b] Sentire

Optat ut firmi non suis comodis sed imbecillium moveantur non minus quam sibi vellent fieri si in illorum imperfectione essent. Talique erga illos sint affectu id est dulci et consolationis et tolerantiae pleno qualem sibi si tales essent velint praestari, huiusmodi autem affectum unitatem spiritus vocat, sicut caeteri in rebus carnis et mundi consentiunt et afficiuntur.

[15:6] Uno ore

Sensus est. Deus infirmos perinde ac firmos vocavit Nec propter haec solvendam Christianam charitatem et fidem donec conveniat inter utrosque. Proinde vos eandem gratiam utrisque pariter impertitam cognoscentes, unanimi affectu gratias agite deo, nec praetextibus rerum externarum in diversos affectus distrahamini.

[15:7] Assumite

Sensus est. Eo affectu proximorum onera tolerate quo Christus nostra tulit. Sicut enim ille pro dei gloria id est quod ita deo visum sit, peccatorum nostrorum in se recepit, ita et nos proximorum onera pro gloria dei suscipere oportet.

tikai bez tā, lai grēciniekus kauninātu, ko, ja paši mēs darītu, nevienu grēcinieku nenoncinātu, bet visus mīļi paciestu.

Šeit iebildums pret runātāju, ka šīs lietas nav par mums, bet rakstītas par Kristu, ko noraida sacīdams, viss rakstītais mūsu izglītošanai, nevis Kristus, kam tas nepiemita, kas mums. Bet ja raksti ir mūsu mācība, ko mēs meklējam cilvēciskajos seklumos, kad ir jāsmeļ no avotiem?

Viss rakstos ir krusta mācība, tas ir, miesas mirdināšanas mācība. Tādēļ lai neatkrītam, bet aizstāvim Dievam uzticīgi aizvien stiprāki lai ietum uz priekšu, rodoties biežāk vajadzībai pēc mierinājuma, ko nekas efektīvāk nedod kā pats tas, kas pacietību ierosina.

Mēs domājam iespēt sagādāt sev pacietību ar saviem mēģinājumiem? Viņš pievieno, kā devums tas ir ja ne Dieva? Un kas lūgšanā ir izlūdzams no viņa, ar savu lūgšanu parāda, lai būtu kā paraugs. Jo raksti taču māca pacietību, bet vienīgi Dieva žēlastība to dod.

Vajag, ka stiprie ne sava, bet trauslo izdevīguma dēļ darbotos, ne mazāk kā sev gribētu notikt, ja viņu nepilnībā būtu. Tādā tad nu attiecībā uz viņiem tie ir sajūtā, tas ir, maiguma un mierinājuma un panesības pilnā, kādu, ja būtu tādi, viņi gribētu sev iegūt, bet tāda veida sajūtu sauc par gara vienību, tāpat kā miesas un pasaules lietās visi pārējie vienojas un sekmējas.

Tas nozīmē: Dievs vājos līdzīgi kā stipros aicināja. Nedz pēc šī šķirojama kristīgā mīlestība un ticība, cik tas attiecas uz abiem. Atbilstoši arī jūs, šo pašu žēlastību atzīstot abiem vienādi piešķirtu, vienotā prātā Dievam pateicieties, nedz sadalieties pēc ārēju lietu uzskaitījuma atšķirīgos uzskatos.¹³³

Tas nozīmē: Ar tādu pašu attieksmi tuvāko nastu panesiet, kā Kristus mūsu nes. Tāpat kā viņš Dieva slavas dēļ, tas ir, ka tā Dievam ir šķitis labi, mūsu grēkus uz sevi ir uzņēmis, tāpat arī mums Dieva slavas dēļ tuvāko nastas ir jāpanes.

¹³³ Agite, distrahamini, pateicieties, sadalieties, visi ir imperatīvi

[15:8] Illudant

Exponit se ipsum apostolus quare nos mutuo suscipere debeamus quotquot Christum agnovimus sive Iudaei sive gentes. Nempe quod is communis sit omnium, Iudaeis ex promissione quemadmodum et capite. iii. ait quod credita sint illis eloquia dei. Et ca. ix. quod illorum est legislatio, gentibus autem ex misericordia, quibus licet nihil erat promissum, praedictum tamen erat per prophetarum oracula dei misericordiam illas laudaturas. Proinde miro artificio utrosque sibi conciliat.

[15:13] Per potentiam

Cum in mundo pressuram habeamus, solatur nos Christi spiritus per internam pacem, ut omnium afflictionum evadamus victores, hinc et spiritus sortitudinis dicitur. Et potentia dei, quo induendi erant apostoli, In actis, Repleti sunt spiritu sancto et loquebantur verba dei cum fiducia, Alioqui sine eo impares sumus pressuris, quae nos in mundo manent.

[15:14] Persuasum

Sensus est. Licet enim vobis literis meis nihil opus sit quippe quod iam in pietate Evangelica progrediamini, tamen urget me ministerium a deo mihi per gratiam creditum ut et vos et omnes moneam ac doceam.

[15:17] Quod gloriatur

Sensus est, habeo iustam gloriandi occasionem in his quae ad deum spectant, quod sim rebus tantum divinis occupatus, ac verbo domini dispensando inserviam.

[15:19a] Per potentiam

De potentia miraculorum per Paulum factorum Acto.xix.

[15:19b] Iliricum

Iliricum seu Iliria regio est Epiri, Italiae propinqua, contermina mari Adriatico, qui sinus est Venetiarum.

[15:20] Super alienam

Fundamentum praeconibus Evangelicis iaciendum, et supra quod dei aedificationem et agriculturam, id est ecclesiam fundent ac tuti doceant Christus est, quem qui non inculcaverit (iuxta illud, ut testimonium perhiberet de lumine. Et iterum, eritis mihi testes in Hierusalem) et ita inculcaverit

Apustulis parāda sevi pašu, kā mums savstarpēji, vai jūdiem vai pagāniem, vajadzētu attiekties, par cik Kristu atzīstam. Patiesi, kas kopīgs, lai ir visi, jūdiem no apsolījuma, kā arī nodaļā III saka, jo viņiem tiek ieskaitīta Dieva vārda dāvāna. Un nod. IX, ka viņiem ir likumdošana, bet pagāniem no žēlsirdības, kuriem, lai arī apsolīts nebija nekas, tomēr caur praviešu pareģojumiem Dieva žēlsirdības pasludināšana būs jāslavē. Tādā veidā ar apbrīnojamu meistarību Dievs abus sev samierina.

Kad pasaulē esam pakļauti spaidiem, mums mierinājumu dod Kristus gars caur iekšēju mieru, lai no visām ciešanām izejam kā uzvarētāji, no tā arī to sauc par izredzētības garu. Un Dieva varenībā, kurā bija jāietērpjas apustuļiem, Ap.darbos: Tika piepildīti ar svēto garu un sāka runāt Dieva vārdus paļāvībā. Citādi, bez tā, mēs esam neaizsargāti pret spaidiem, kuriem mēs pasaulē pakļauti.

Tas nozīmē: Lai arī jums no maniem rakstiem nekas neder, jo evaņģēlija pietātē esat jau tālu tikuši, tomēr man uzticētā Dieva kalpošana, kas man piešķirta žēlastībā, mani mudina gan jūs, gan visus citus brīdināt un pamācīt.

Tas nozīmē: Man ir īstā slavēšanas iespēja, kas attiecas uz Dievu it visā, jo esmu nodarbināts tikai ar dievišķām lietām un Kunga vārda izplatīšanā kalpoju.

Par Paula veikto brīnumu varenību apust.darbi 19.

Ilīrika jeb Ilīrija ir Epiras apgabals, kas netālu no Itālijas, un robežojas ar Adrijas jūru, kas ir Venēcijas līcis.

Evaņģeliskajiem sludinātājiem pamats ir liekams, uz kura tie Dieva celtniecību un zemkopību, tas ir, draudzi dibinātu un droši mācītu, kuri, ja nebūs uzspieduši patieso Kristu (saskaņā ar šo, lai jūs liecinātu par gaismu.¹³⁴ Un vēlreiz, būsiet manis

¹³⁴ Jāņa 1: 7 Viņš nāca liecības dēļ, lai liecinātu par gaismu, lai visi nāktu pie ticības caur viņu. 8 Viņš pats nebija gaisma, bet nāca, lai liecinātu par gaismu.

ut servatorem non legislatorem doceat, non agit sincerum praeconem eius, quemadmodum iam tum exoriebantur pseudapostoli qui ventris gratia territabant et onerabant dei populum in libertatem spiritus vocatum, legis iugo importabili, Mosen Christo miscentes, idem faciunt hodie personati spermologi sal insulsum reddentes. Id est. Evangelicae doctrinae energiam humanis traditionibus et artibus vitiantes, ut sit vinum quo sananda erant mentis vulnera mixtum aqua iuxta Esaiam. Proinde Paulus ut sincere Christum mentibus hominum insereret. His in locis eum praedicavit, in quibus ille incognitus erat. Minus enim negotii est rudem docere plebem quam perperam doctum ad veritatem sinceram revocare, quod semel imbibita sive prava sive recta difficiliter dediscamus.

[15:26] Visum est

Observe quam verecunde alliciat eos ad imitandam Graecorum in sublevandis sanctis munificentiam et ut nihil aut tyrannide aut astu extorqueant, ut a Romanis nebulonibus solitum est fieri. Factum autem est id famis tempore sub Claudio incidentis, cuius meminit Lucas.

[15:29] Scio

Sensus est. Scio quod vestro bono venturus sim, et quod promovebitis in cognitionem Christi.

Caput XVI

Novissimum hoc caput salutationibus est plenum, sed his inserit pulcherrimum de traditionibus humanis doctrinam, quae iuxta Evangelicam traduntur doctrinam, pariuntque offencicula, perinde atque iam tum sensisset per Romam ac Romanos venturas impias sectas, totamque larvam humanarum constitutiuncularum quae hodie totum mundum cum hac Epistola fide et spiritu plena submerserunt et extinxerunt ut nihil sit reliquum, nisi deus venter, cuius ministros vituperat hic Paulus.

liecinieki Jeruzalemē¹³⁵), bet būs uzstājuši vien mācāmu, ka glābējs tas pats likumdevējs vien ir, nebūs viņa uzticami sludinātāji, tāpat kā jau tad cēlās pseidoapustuļi, kuri vēdera dēļ biedēja un apgrūtināja gara brīvībai aicināto Dieva tautu ar nepanesamu likuma jūgu, Mozu ar Kristu sajaucot, to pašu ko šodien dara spermologi¹³⁶, kas sāli sāļīšanai nederīgu dara. Tas ir. Evaņģēlija mācības spēku ar cilvēciskām tradīcijām un izveicību samaitājot, lai vīns, ar ko dziedināms prāta ievainojums, tiktu atjaukts ar ūdeni, pēc Jesajas. Tādēļ Pauls ir par to, lai tīrā veidā Kristu iestādītu cilvēku prātos. Tajās vietās Kristu sludināja, kur viņš nebija pazīstams. Jo mazāk pūļu prasa mācīt vienkāršo tautu kā pārlietu mācītu uz tīru patiesību atgriezt, jo vienreiz iemācītais, vai šķībais vai taisnais, grūti ir atmācāms.

levēro, cik bijīgi vilina viņš tos sekot grieķu piemēram un atbalstīt svētos ar devīgumu, un neiznīcināt neko ar varu vai viltību, kā romiešu resgaļi mēdz darīt. Tas taču notika bada laikā pie Klaudija, kuru piemin Lūkas.

Tas nozīmē: Zinu, ka jūsu labuma dēļ es nākšu, un ka jūs virzīsieties uz priekšu Kristus atziņā.

Sešpadsmitā nodaļa

Šīs pēdējā nodaļa ir pilna ar sveicinājumiem, bet tajā pievieno krāšņāko mācību par cilvēciskajām tradīcijām, kura tiek pasniegta blakus evaņģēliskajai mācībai, un rada tādu pašu klupšanas akmeni, kā jau toreiz varēja just Romā un pie romiešiem iespējā rasties bezdievīgām sektām, kā arī visu cilvēcisko konstituējumu spokainībai, kas šodien visā pasaulē ar šo ticības un gara pilno vēstuli liek iznirt un pašu to iznīdēt, lai nekas nepaliktu pāri, kā vien dievs vēders, kura kalpus šeit norājis Pauls.

¹³⁵ Apust.d. 1:8 Bet jūs dabūsiet spēku, kad Svētais Gars būs nācis pār jums, un būsiet Mani liecinieki kā Jeruzalemē, tā visā Jūdejā un Samarijā un līdz pašam pasaules galam."

¹³⁶ „sēklinu uzlasītāji”, pārlietu gudrie.

[16:1] Ecclesiae Cenchreensis

Cenchree portus est Corinthiensis.

Kenhreijas osta ir Korintā.

[16:3] Salutate Priscam

Origenes putat Priscam eandem esse, quam Lucas in Actis Priscillam vocat, cuius maritus erat Aquila Ponticus genere Iudaeus natione, cum Paulo eiusdem artificii, nempe tabernaculorum conficiendorum et ut idem Origenes interpretatur sutor. Potuit enim fieri ut cessante saevitia Claudiani edicti, quo ille omnes Iudaeos Rhoma exegit, iterum relicto Corintho Rhomam redierit.

Origenes domā, ka Priska ir tā pati, ko Lūkas Ap.darbos sauc par Priscillu, kuras vīrs bija Akvila, pēc izcelsmes pontietis. Jūds pēc tautības, kā Pauls tajā pašā amatā, proti, telšu taisītājs, un kā Origenes tulko, kurpnieks. Varētu arī būt, ka beidzoties Klaudija edikta bardzības laikam, kad viņš visus jūdus no Romas izdzina, pametot Korintu, tas no jauna atgriezās Romā.

[16:17] Obsecro autem

Haec verba non possunt nisi de his intelligi qui iuxta doctrinam Christianam velut meliora docent. Non enim ait Qui negant doctrinam, sed quod iuxta eam et aliam docent quales sunt Monachorum sectae qui dissidia seminant et ventrem quaerunt. Dulces vero sermones, participationes bonorum operum sunt fraternitatum, missarum, Rosariorum, votivorum, memoriarum et caetera per quae seducunt corda indoctae multitudinis. Ab omnibus ergo operum buccinatoribus et venditoribus cavendum monet quod hi non nos sed nostra querant.

Šie vārdi nevar tikt saprasti citādi, kā vien runājot par tiem, kuri blakus Kristus mācībai vēl it kā ko labāku māca. Jo viņi nesaka, ka noliedz mācību, bet ka līdzās tai arī citu ko māca, kādi ir monahejiešu sekta, kuri nesaskaņu izsēj un meklē vēderu. Bet lai cik saldi to vārdi, līdzdalīgi ir brālību labajos darbos, misēs, rožkroņos, mūku solījumos, un pieminējumos un citos, ar ko tie pavedina nemācīto pūļus. Tā nu brīdina no visiem klagātājiem un tirgoņiem sargāties, jo viņi ne mūs bet mūsu mantu meklē.

[16:25] Ei autem. etc.

Coronis est, id est adiectio, vel additio, pro more apostoli huius Epistolae.

Šis ir Kronis, tas ir, pieminājums vai pievienojums pēc apustuļa paraduma viņa vēstulei.

Finis.

Beigas.

Impressum Vuittembergae.
Anno Domini. M. D. XXIII.

Drukāts Vitenbergā.
Tā Kunga 1524. gadā.